

pendet grana. Errant etiam qui siliquam, in re nummorum & ponderum, de legumine quodam accipiunt, vel folliculo leguminis. *τὸν κέρατον* Myrepsum vocat ξυλόγλυκο, ut distingua *τὸν τύλον σιλοκάραν*; quae etiam in ponderibus censentur. *Τὸν κέρατον* sexta, ut dixi, scrupuli pars, quod vel ex Myrepsum loco citato constat. Scrupulus 24. grana pendet. Scrupulus 24. pars unciae; tot namque scrupuli sunt in una uncia. Eam ob causam, ut scribit Faunius, Græci hoc ponderis genus *ζεμίμα* vocarunt, quod uncia in tot hujus generis pondera dividetur, quod esset apud Græcos litteræ, quæ illi *ζεμίμα* vocant.

Vuncia sit Drachmū bis quatuor, unde putandum,
Grammatā dicta, quod hæc viginti quatuor in se
Vuncia habet: tot enim formis vox Græca notatur,
Horis quot mundus peragit noctemque diemque.

Redeo ad *κέρατον*, quod infima Græcia *χαροῦσα* appellavit. Charito. *τὸν τύλον γυμνόν*. *λάβων φύλαν δέ φυτης οὐρανὸς ἡ, πίπει τεσσάρους χαροῦσας.* Idem de trochiscis. *Επανίκλων ἀνὰ ημέραν νοστρούς τοι, καρφονογόνος χαροῦσας τεσσάρους.* Antiquus Græciæ medicus dixit *τέσσαρας κέρατα.* Idem Græci recentiores *κέρατον* vocarunt, *κέρκιον* Anonymus de pond. & mensuris. *κέρκιον τὸ ιδιωτικὸν λεγάνθρον κέρκιον.* Sæpe id occurrit apud recentiores. Scribitur quoq; *κέρκιον* pro eodem. Apud Myrepsum antidot. 190. *κέρκιον* legitur; quod corruptum pro *κέρκιον* puto. Hodie siliqua Mercatores *κέρατον* vocant, quod ab Arabum charumb, vel Græcorum Charubam deductum est. Interpres Arabs *Charumb* *τὸν κέρκιον* reddidit, Lucæ capite 15. versu 16. & siliquæ arboris fructus intelligit. Ut inde constare queat, errare vulgares omnes interpretes, qui *κέρατον* illo loco de siliquis leguminum intelligunt. *κέρατον* enim siliqua tantum arboris, quæ & *κέρκιον*, non verò leguminis. Verba Euangelistæ, *καὶ ἐπιθυμεῖς γεμίσαι τὸν κέρατον αὐτῷ δῶτε τὸν κέρατον ὃν ἔδιον αἱ κοῖται, καὶ οὐδὲν ἴδιον αὐτῷ,* & desiderabat implere ventrem suum siliquis, quæ edebant porci, & nemo ei dabat, id est, nemo ejus miserebatur. Non enim vox *κέρατον* ad *κέρκιον* pertinet, (nam erant illi ad manus) sed in causalē particulam resolvi debet. Et sic hunc locum interpretatur Theophylactus. *Τὸν κέρατον*, idem accipit de siliquis arboris ceratoniae. Poëtæ has siliquas pro tenui sumunt cibo.

Horat. 2. epist. 1.

— Vivunt siliquæ & pane secundo.

Perf. Sat. 3.

— Siliquæ & grandi pasta polenta.

Belgæ sint *Jang broot*, id est, panem sancti Ioannis hujus fructum vocant, quod illo Ioannem Baptistam visitasse credatur, tanquam vietu tenuissimo & maximè frugali contentum. Suum pabulum has siliquas fuisse ex Plinio constat, qui libr. 16. cap. de castaneis scribit; *ceteræ suum pabulo gignuntur, scrupulosa corticis intra nucleos quoque ruminatio. haud procul abesse videantur, & prædulces siliquæ, nisi quod in iis cortex ipse manditur.* Hæc non parum Theophylacti firmant sententiam. Certè vox ipsa *κέρατον*, de siliquis leguminum Lucæ locum accipi posse, respuit; propriè enim arboris significat fructum. Possimus tamen & *κέρκιον* & *κέρατον* de his siliquis accipere, ex quibus expressus fuerat succus. Nam in Syria vinum è siliqua faciebant, ut constat è Plinio lib. 14. cap. de vinis facticiis, & *κέρκιον* sic expressa porcorum pabulo servabant, ut & vinacia. In officinis quibusdam Xylocaracta hæc siliquæ dicuntur, quod corruptum ex *ξυλονεύστῃ*. Arbor hæc Chia melus & siliqua sylvatica, ab Auctore de finibus vocatur. *Chia melus, hoc est siliqua sylvatica fuerint tres, trisinum demonstrat.* Huic scriptori melus *καὶ μέλισσα, μέλισσα*. Chia autem melus, quod in chio frequens proveniret hæc arbor, lignū verò quod erat prædulce, & solum mandebatur, vocarunt *ξυλόγλυκον*. Glossæ. *κέρατον καὶ κυάμον καὶ φωστήλον λόσιον, καὶ ξυλόγλυκον λόσιον τὸν κέρατον.* Plinus lib. 15. cap. 28. *In siliquis verò quod manditur, quid nisi lignum est?* Non omitenda seminis earum proprietate. Nam neque corpus nec lignum, nec cartilago dici potest, nec aliud nomen inveniat. Paulò ante, eodem capite: *Et hæc tenus sint species, ac genera pomorum: naturas arctius colligi par est.* Alia siliquæ gignuntur, ipsi dulcibus, seménque complexis amarum: cum in pluribus semina placeant, in siliqua dannentur. Cap. 24. ejusdem libri. *Haud procul abesse videantur, & prædulces siliquæ, nisi quod in his ipsis manditur cortex.* Nemo non videt, cur *ξυλόγλυκον* Græci vocant. Notandus Isiodorus, scribit

hic. *Xyloglycon, quam Latini corruptè siliquam vocant, id est à Græcis tale nomen accepit, eo quod ligni ejus fructus dulcis. buju's arboris pomo succus expressus acacia Græcis dicitur. Quædam absurdæ, quædam falsa tradit. Falsum, quod inquit, ex pomo siliquæ sive Xyloglici acatiam exprimi: cum conitet, ex spina Ægyptia eam elici. Absurdum quod ait corruptè siliquam vocari; cum siliqua Latinis dicatur, quod in siliqua fructum ferat, cuius lignus cortex dulcis, qui semè includit. Vox siliqua Latinis duas res significat, *λόσιον τὸν κέρατον leguminum integumentum*, & fructum arboris ceratoniae siliquaceum, quem Græci *κέρατον* vocant, quod instar cornu curvatus & falcatus est. Plin. loc. cit. *Digitorum hominis longitudi illis & interī falcata, pollicari latitudo.* Restat examinamus, an siliqua hæc, & ceronia una eademque, an verò diversa sit planta. Sunt qui eandem esse scribunt; quod multa tamē dissident. Ceronia fructum ex caudice & ramis majoribus producit: ex minoribus vulgaris siliqua. nemō unquam observavit è caudice fructum tulisse. Ceronia non nascitur in Ægypto: siliqua vulgaris copiosissimæ. Ceronia flore albo, gravissimè olente: silique flos nec graviter olet, nec colore est albo, sed ex elegantí rubro purpurascit. Ceronia non multum attollitur, id est, non admodum fit magna: siliqua in Hispania & Italia nonnihilquam fraxini magnitudine conspicitur, longè lateque expansis ramis prædicta, quibus solis ardorem arcer, grata inque umbram præbet. Ceronia superioribus partibus arescit, vel, ut Plinius habet, flavefit, vel, ut alii corrigunt, flaccescit: nullum horum in siliqua observatur; nec crescit, nec flavefit, nec flaccescit. Postremo ceronia semper fructu onusta conspicitur; siliqua tantum Æstate & autumno fructum habet; Æstate intimaturum, autumno maturum. Siliqua arbor in magnam satis proceritatem attollitur, cortice cinereo, in cæruleum inclinante, ut in loto arbore, ramis in latitudinē potius, quam longitudinalē expansis; foliis oblongis, ex aliis pluribus coacervatis, ac eo ordine positis quo fraxini, latioribus tamen, durioribus, rotundioribus, rarioibusque, superne ex fusco viridibus, inferne dilutæ viriditatis. Floret Hyemis fine, aut vere jam appetente, flore eleganter rubro purpureo. Fructus oblongæ sunt siliquæ, pede non raro longiores, pollicem latæ, planæ, crassæ, in quibus semina, plana, lata, & nonnihil compressa, castaneæ colore. Siliquæ ipsæ sapore dulces sunt, & à pueris, & porcis eduntur, sed non ante quam dudum collectæ, & reficcatæ fuerint: nam virentes adhuc, etiam naturæ, integrato sapore displicant. Præter semep, melleum etiam intus succum habent, eo potissimum refertæ sunt in Ægypto, Orientalibusque regionibus provenientes, quo Ægyptii, Arabes, Indi myrobalanos, tamarindos, aliosq; fructus, ut scribit Alpinus, conidunt. & hæc de siliqua. Alii cassiam nigram, quam fistularem vocant, ceroniam scribunt; quod nomen ante annos recentos arbor hæc habuit. Marinus Sanutus, qui ante id tempus vixit, sic vocat hanc cassiam lib. 1. cap. 3. Nascentur etiam in terris Soldano subjectis, & maximè Ægypto dastyli, & cassia fistula in magna quantitate, de quibus per mare nostrum ad plures partes mundi, pars non modica diffunditur. Græci recentiores *κέρατον φίσιον* vocarunt. Sed sedulo observandum, Græcis non semper *κέρατον φίσιον* significare cassiam purgatricem, sed quandoque etiam aromaticam, ut apud Myrepsum lib. 1. de antidot. cap. 11. in antidoto Athanasia ad dysentericos & celiacos dicta. *κέρατον φίσιον, κανέλλαντον αἴσιον δράκοντος τεῦ.* Malè vertunt. *cinnamomum, cassia repurgatæ ana drachmas duas.* Non intelligit medullam cassia nigra Myrepsum; nec scriptum est *κέρατον φίσιον κανέλλαντον*. Cassia fistula sive purgatrix ad dysenteriam inutiles est, alium lubricam reddit; dysentericis adstringentia convenientia. Malè in præcedenti antidoto apud eundem Myrepsum legitur. *κέρατον, ξυλόβασιον κανέλλαντον, κανέλλαντον, &c.* Idem *κέρατον φίσιον & ξυλόβασιον.* Alterutrum expungendum vel scribendum, *κέρατον φίσιον* & *ξυλόβασιον.* Antidotus hæc decima constat ex solis aromatibus & odoratis, ut costo, calamo, myrra, styrax; inter quæ cassia fistula sive aromaticata locū habet, non purgatrix. Myrepsum cassiam purgatricem vocare folet *κέρατον φίσιον κανέλλαντον*, ut in antido. o 88. *διαδικασίαν.* *εἶτε λαβάνον ξυλόφορον εύγυνον μιαν, καστον φίσιον κανέλλαντον εύγυνον μιαν, κανέλλαντον μιαν θάλατθον θεούν, σακιδιόν.* Quo factio accipiatur oxyphoenici, dulcis calami repurgati. singul. unc. 1. & cū aqua altera calida, probè subigantur, & subacta per saccū transfundantur. Fuchsius notat in Græco exemplari, quo usus est, scriptū fuisse γενεκαλαμία. Contra Doctiss. Salmas. in omnibus Græcis, quos vidit, codicibus*

scriptum esse testatur κροτία φίσινα. Multe apud Myrepsum compositiones occurunt, in quibus κροτία φίσινα κερασιδίν reperitur. Antidoto 24. Italica lingua Alcancali cognominatur. Item antidoto 25. diataram dicitur. Alibi idem Myrepsum cascam fistulam γλυκυκάλαμον vocat. ut in antidoto 449. γλυκυκάλαμον κερασιδίν επικέντρον οὐγγαλού μέλανος. Rectè monet Fuchsius γλυκυκάλαμον esse casiam purgaticem. Antidotus enim illa purgandi vim obtinet, quam etiam casia fistula habet. Lexicon tamen Græco-Barbarum, quod in scriptis codicibus subjicitur Hippiatricæ Apsyrti, casiam aromaticam sic vocare videtur. κροτία ἀνεσία, ιτι κροτία φίσινα. Γλυκυκάλαμον corrigit doctiss. Salmas. κροτία στεγαξή ιτι κροτία. Casiam purgaticem, ut idem monet Salmas. κροτία στεγαξή casiam solitivā vocat. Rectius Fuchsius antidoto jam citata γλυκυκάλαμον casiam solutivam exposuit. Fieri potest casiam purgaticem γλυκυκάλαμον κερασιδίν μέλανον fuisse vocatam. Casiam aromaticam, sine epitheto ac simpliciter γλυκυκάλαμον. Charito κάλαμον ιδίων κερασιδίστριμον vocat. Vide decoctionem ad febres acutas, in qua legitur, κάλαμον ιδίκον κερασιδίστριμον 29 α δέκα φονικών λίτρων τοῦ οἶνος 29 α 6'. Idem pulpam casiae purgaticis μέλανην κρατερόν ιδίκον vocat, ut in compositione decocti ad lubricam reddendam alvum. ιδίων λιτρών εἰς τὸ μάντην κερασιδίου ιδίκον < ή κριτής οὖν φονικών, κριτής μάντης οὐθέδε. Qui de manbu, quod manna Indice harundinis quidam credunt, verba Charitonis accipiunt, falluntur. Ex eodem enim Charitone contrarium probatur φειδόπορον μάταν. In infusione τοῦ δίψας η ἐπεργητικά φάρμακον η Φειδόπορον δέπτοχον. Ad fistum siccitatemque aspera arteria orisque ex bile. Ubi ait, λαζανών φύσια πόδιν οὐροφόρων 29 Ι. Ε δέκα φονικά κερασιδίστριμα 29 Ι. κριτής τὸ μάντην φειδόπορον κερασιδίου. Φειδόπορον Φειδόπορον 29 γ. Accipere folia rosarum rubrarum 3 v. tamarindor. mundat. 3 x. pulpe calami Indici nigri 3 ii. Quid clarius, quam mannam Indici calami, non esse saccharum ex arundinibus, sed cassiae purgaticis, cassia solutiva nigru fert fructum. Saccharum Indicum nigrum non est, nec in calamo nigro fert saccharum. Ipse Arabum princeps Avicenna casiam aliam Indicam, aliam Ægyptiam ait. *Casia fistula* quid est? alia Kebulia est, alia Ægyptia. Quod & recentiorum constat experimento, ut mox dicam. Kebulia idem ac si Indicam dicas, nomē accepit à Kebul vel Kabul Indiae urbe, quam quidam Arachosiam dici volunt. Inde ergo Kebulenfis casia. Certe saccharum non compescit bilem, sed generat. Actarius cassiam hanc libr. 5. de methodo medendi cap. 2. κροτία μέλανην vocat, & fructū eius, hoc est siliquā στεγαξίδην η τεφρικην esse scribit. Unde siliqua nomen ei impositum esse admodum fit probable. Sed unde cassia dicatur, non satis constat. An κρασιδίνας, quod δίερα coriū significat Myreps, quo calcei solent καστίνας? Certè siliqua sive arboris hujus fructus crasso satis oportento corticoso coriaceo & satis duro constat. Alii κάσια ab acacia derivant, putantque esse acaciam alteram, & quidem ἄκακην, sive spinam Ægyptiam Theophrasti. Hanc opinionem cap. sequenti examinabo, ubi de acacia nobis sermo erit. Casiam, inquit, infima ætas dixit, quam acaciam vetus dicebat more tralaticio, posterioris latinitatis, C. in S. vertendo. Nunquam concedam, siliquam purgaticem, sive casiam; solutivam acaciæ speciem esse, vel ad acaciæ classem pertinere. Vide caput sequens. Neuriquam etiam audiendi, qui casiam hanc esse ceroniā Theophrasti scribunt. Multa enim prohibent eandem esse arborem. Ceronia ex caudice fructum omnem fert, non verò ex ramis minoribus: contra cassia ex trunko nullum emittit fructum, sed ex minoribus ramis. Ceronia in Ægypto non nascitur; cassia copiosissimè in eadem provenit. Ceronia flore candido, luteo casia: ceroniæ flos gravissimè olet, suavissimè spirat siliqua sive nigra casiae. Superioribus partibus aescit ceronia nec multum attollitur, quod multa sobole donata sit: casia arbor satis grandis; qua nec aescit, nec multiplici sobole conspicitur; Malunt alii esse siliquam Indicam Aristobuli. Strabo lib. 15. λίχα οἱ οἱ Αριστούλος, η ἄλλο οἱ θερόποι, οἱ μεράνους λοσσούς λιπισματα καρπούς έχον, οἱ οἱ καβάνοι. Δικαδεκτίλους τὸ μέλι Φειδόπορον τούς η Φειδόπορος, οἱ οἱδίους οὐτέδε. Hæc corrupta esse, quivis facile videt. Legit Dalecampius, η ἄλλο θερόποι οἱ μέρα, μεράνους λοσσούς έχον οἱ οἱ καβάνοι. Δικαδεκτίλους η μέλι οὐτέδε οἱ οἱ καβάνοι. Narrat idem Aristobulus, arborem esse non magnam, (ingentem, si Casauboni placeat lectio.) quae magnas siliquas habeat, fabarum similes, denorum digitorum longitudine, mellis plenas, quas qui ederint, non facile evadant mortem. Voces, λεπτομέλη καρπούς, omnino

tollendæ ; corruptæ equidem sunt. Superscripsit quis
voci λοσσός, λεπτομελέα καρποῦ, tanquam ējus interpretamen-
tum, quod cum vitio in contextum irrepit. Unum
impedit, quo minus siliqua hæc sit casia purgatrix, quod
scribat, eos qui commederint has siliquas, difficulter ser-
vari; cum quotidie innoxie assumatur casia nigra. Sed id
de recentibus accipiendum videtur, ut testatur Alpinus.
Ægyptii, inquit, cassis non utuntur recentibus, sed saltem
post quartum mensem : quandoquidem juniores, recentiores-
que inutiles, neque à noxa immunes observantur. Fieri
tamen potest, in India recentes magis lethiferas esse: sed
illud non constat. Supra dixi, casiam aliam Ægyptiam,
aliam Indicam. Hoc ex utraque, quam subjiciam descrip-
tionem, palam fiet. Ægyptiam cassiam his fere verbis de-

Cassia Fistula.



scribit Alpinus. *Cassia fistula*, quam *Egyptii Chaiarxambar* appellant, est arbor nuci, trunko, ramis, foliisque proxima: truncus corticem habet planum, mollem, atque cineritium, qualis omnino in crescenti nuce spectatur. Folia multò plura quam in nuce, aliae alligatae pendent, in aliis folia decem spectantur: totaque ex qualibet ferè ala pendere observantur, utrinque ordinatim quinque posita. Sunt etiam hujuscē arboris folia nucis foliis duplo longiora, & in extre-
mo aculeata. Flores fert aureos, multos, leucois proximos, sed multò majores, numerosioreisque florū anagyridū instar, alae alligatos, ac pendentes; alae siquidem omnes innumeris fermè florib. onustæ ac graves, deorsum vergere cernuntur. Sunt etiam hi valde odorati, præsertim oriente sole. *Egyptii* diluculo per cassiarum loca deambulare sepius, odoris causa consueverunt. Quippe aura à cassijs, eximum ac gra-
tissimum odorem spirantibus, ad ipsos delata, oblectantur. Apud illos etiam florentes arbores, aer matutinus, perpetuo eximum, ac suaviorem odorem redolet. Flos quilibet in me-
dium, multa capillamenta, tenuissima, rosarum flosculis similia habet, quæ paulatim crescentia in crassiore fistulas poste-
mutantur. Spectantur primò ipsa tenuissima, obliqua, ac obtorta, deincepsque magis peraucta, crassiora evadunt, ac magis recta; tandemque justam magnitudinem adepta, rectissima, ut calami, sunt. Fistulæ majores cannae crassioris magnitudine spectantur, atque duorum ferè cubitorum lon-
gitudine. Arbor florere incipit mense Iunio, floret toto et-
iam mense Iulio Alexandriæ & Cayri; Pelusis verd, nunc
Damiate, cassias etiam mense Septembri florere vidi. Can-
nae vel fistulæ toto anni spacio maturantur, rotōq; anno sem-
per hæ in arbore manent, quas *Egyptii* Iunio tantum men-
se Cayri colligunt. Quo tempore multæ, parvæ, recenter ex-
primis floribus producā virides spectantur, phaseolorum si-
liquis validè similes: quæ paulò post crescentes, paulatim vi-

ridem colorem in nigrum commutant. Has recentes & parvas, virides, aqua imprimis ebullitas saccharo illi condunt; quarum sic conditari ingens copia in varias regiones asportatur. Quae Pelusii in arboribus leguntur, corticem habent crassiorem, & parum intus substantiae obinent. Cayrime verò, & Alexandrinae cortice constant tenuiori, multaque substantia intus plena, ex qua hæ cæteris omnibus bonitate præferuntur. Quæ, ut alias quoque dictum est, duplices sunt differentiae. Etenim aliqua alia subrubra, quas abes vocant, à colore illius genit, cernuntur: (que sunt omnium optimæ) at alia nigra. Quod de cassiis aliqui dixeré, optimas cannas manibus concussas sonum non edere, ibi planè falsum observatur; quando omnes recentes motæ sonum edunt, atque etiam in arboribus cannas à ventis motas, seminibus intus motis, multum sonum edere quotidie prope eas habitantes, audiunt; quod etiam dulces siliquæ faciunt. Quæ verò ex cassiis non sonant, ab Egyptiis vituperantur, opianib; id ob aquam humiditatem intus collectam, vitiata pulpa accidere. Neque immatura colliguntur, ut aliqui referunt. Emuntur verò sepius ab advenis mercatoribus senio confectæ; cum ingens copia in ædibus ad eam rem patatis, annos ad usque quadraginta adservetur. Collectas enim ex arbore, continuò in opportuna loca sic si claudunt, ut nullus aër ingrediatur, cum ex minimo aëris contactu cassiæ corrumpantur. Hincque sepius ad nos vetustate vitiæ, ac etiam acidæ mitti solent. Quamobrem rogatos esse velim omnes pharmacopolas, ac medicos, ne post hac se decipi sinant, & semper ex illis seligant recentes, quarum substantia subdulcis est, antiquaque acidum, Ponticumque saporem sapientes effugiant. Haec tenus Alpinus. Alter paulo Garcias. Hic lib. I. cap. 29. his fere verbis cahiam describit; Est autem hæc arbor pyri magnitudine, foliis mali persica (nucis juglandis Alpinus. Certe folia, quæ à Paludano in re botanica exercitatissimo accepi, & bina illa folia cum ramulo, floribus onusto, quæ nobis Daniel à Beeringen, seplasiarius diligentissimus dono dedit, planè cum delineatione Alpini convenienti. Si una eadēque facies Indicæ & Egyptiæ cassiæ; minus rectè Garcias Persicæ comparavit) angustiorib; tamen (immo, multò latioribus Egyptia conspicitur) aliquantum, & virentibus: floribus genistæ per quam similibus (id de particularibus intelligendum) luteis, garyophyllam odore emulan-tibus: quibus decadentibus, exilunt oblonge siliquæ (& hoc præter veritatem. Nam dum viget flos, rudimentum fructus exilit, ut pictura ostendit. Hæc de Egyptia intellige; an idem Indicæ accidat, ignoro) virentes admodum ante maturitatem, non autem rubentes, ut scripsit Lacuna. (Immerito Lacunam notat. Verum quidem est, cassiæ fistulas, antequam justam magnitudinem affequantur virere: verū ubi justa acceperunt magnitudinem, & paulo antequa perfectæ sunt maturæ subrubescunt; quæ Lacunæ sententia.) Quæ per maturitatem nigrescent, longitudine interdum quinque palmorum, nonnunquam verò infra binos palmos. Nascitur per universas has Provincias, præstantissima tamen & durabilior locis ad septentrionem magis vergentibus, ut in Cambaya. Inventur & in Cairo, tum in Malaca, Sofala, Sian, totoque eo tradi. Similem tradit descriptionem Christophorus à Costa. Sed non pyri, verū amygdalæ magnitudine hanc arborem esse tradit. Alter eandem delcritbit Monardus cap. 45. Est autem folium pyri folio ferè simile: flos verò exiguus, albus, quinque foliis constans; qui etiam resiccatus utcunque suavem spirat odorem. Ex parvo illo flore enascuntur oblongæ illæ cassiæ siliquæ, quarum nonnullæ quatuor palmarum longitudinem æquant. — Recens, natæ antequam justam magnitudinem consequantur semper virent, & gustu sunt aspero, quemadmodum immatura ceratia; deinde maturari incipientes rubescunt primum, atque postea nigrescent, quoque atriores sunt, eò maturiores & dulciores evadunt. Etenim eæ quæ atrum colorem nondum adeptæ sunt, sed nonnihil adhuc rufescunt, immatura sunt: atriores autem, leviores, & graviores reliquis præseruntur. Florem inquit, esse album, cum cæteri tradant esse luteum. Hoc ipsi condonandum, siquidem non viridia, sed ficca videt folia, floræ. Falluntur, qui ad singulos pediculos, imparia folia scribunt, cum paria sint. Singulis enim in aliis, ut refert Alpinus, decem spectantur, utrimque ordinatum quinque positis. Cassiæ siliquæ tria ad nos adferuntur genera, memphitica five cayrina, Pelusina five Damaticensis, & Brasiliana. Memphitica, Pelusina five Damaticensi præstantior; Brasiliana præstantissima. Una enim hujus uncia plus purgar, quam duæ unciae memphiticæ. Memphiticæ siliqua rotunda mediocri crassitie, cortice tenuiore, multa substantia intus plena, gravis, quæque

frangenti corticem intus ostendit album. Hæ duplices differentiae. Aliæ enim subrubræ, quas Abes Egypti vo-cant, à colore illius gentis: alia nigrae optimæ. Damaticensis cortice est crassiore, non rotunda, sed triangulæ vel quadrangularis, pulpæ parum in se continens, eamque spongiosam, ac raram; qua de causa levior est. Brasiliana crassior, brevior, & compressa, cortice etiam crassiore prædicta, succi plena, colore nigra. Cassiæ pul-pam floræ appellare confuerunt; alii cahiam extractam vocare malunt. Eligenda est fistula insignis, plena, gravis & recens, & quæ concussa inclusis seminibus minus strepar, splendens foris, ac etiam in pulpa pinguis.

Persea.



Quæ de persea, persicaque lib. 3. cap. 5. dixi, non re-petam. Theophrastus perseam in Egypto nasci scribit. Idem testatur Dioscorides lib. I. cap. 187. περσια διδεγη ἵσι οἱ Αἰγύπτιοι, καρποὶ φίροι ὁδόδιμοι, σέρουμχοι. Persæ arbor est in Egypto, fructum ferens cibo idoneum, stomacho utilē. Galenus lib. 2. καὶ τόπους. cap. de Cephalæa circa finem, οἱ Αλεξανδρεῖοι μόνοι ἢ τὸ περοτατοῦ διδεγη εἶδον, εἰ μὲν οὐδὲ γάρ περ τὸν Ρωμαῖον ιθᾶν. In Sola Alexandria perseam arborem vidi, ac in alia nulla, quæ sub Romanorum potestate, regio-ne. Non tantum in Egypto, sed aliis locis nascitur hæc arbor. Strabo lib. 17. ubi de Egypto agit; οὐ τὸ περοτατοῦ μόνον, καὶ περ τὸν Αἰγυπτιὸν διδεγη μήτε, καλεσθεὶς ιχος γλυκύς. Persæ solū ibi nascitur, & apud Æthiopas, arbor magna est, fructu dulci. In Perside etiam nascitur: sed ibi vene-natam tradit antiquitas. Diosc. loco citato, πέντε ἢ ἕπεντε τηνὶς εἰς περοτατοῦ διδεγη, μεταπέδην ἢ εἰς Αἴγυπτον, αἴλιοισθη-ται, ηγι διδεγη, γάρ. Hanc arborem prodidere nonnulli in Perside quidem exitiosam esse, translatam verò in Egyptum natura mutata, in cibos receptam. Idem fermè tradit Nicandri Scholia. istos δὲ, ὅπις Σάσηρας, οἱ τοῦ περοτατοῦ διδεγη, τῶν περοτατοῦ λοι βοδανίας καλοῦσι, φασι δὲ Αἰγυπτίοις εἰς Αἴγυπτον μεταφυτεῦσαι. Ρώλος δὲ οἱ Δημοκρίτεοι οἱ τοῦ περοτατοῦ διδεγη, Πέρσος Φοινίκος θεοῖς θυσίαις φύτεον, εἰς Αἴγυπτον πέμψαντες, οἱ δὲ τούτου πελλάν μελλόντες οὐκ απειδοῦσι. τῶν δὲ μεταθέτεις οὐδεις εἰς τούτων περοτατοῦ διδεγη, ποιότατε φυτὸν καρπὸν γλυκύτερον, οἵ δέ οὐρανοῖς νοῦ. Sciendum Sostratem in com-mentario de reptilibus ac serpentibus testari, perseam quam rhodacinam vocant (confundit perseam & persicam, vide cap. 5. lib. 3.) ex Æthiopia in Egyptum translatam fuisse. Rhodus autem Democriteus de his quæ ἀριστῆν & συμ-mathē dicuntur. Persæ ait, læthalem quam habent arborem, in Egyptum misisse; ut per eam, quam pluviani perirent; sed utilem, contrario eventu, illis profuisse, fructumque tu-lisse dulcissimum, ut hodie videtur est. Galenus libr. 2. καρπὸν τούτους καὶ φαρεὶς οἱ Πέρσοι ἀλέργοι οὖτε τὸ καρπὸν τοῦ διδεγη

τὸν ταῦτα εἰς τὴν Αἰγυπτίων καλέσεις ἵστασθαι. Dicuntque apud Persas λαθαλέμ εσσε, apud Αἴγυπτος autem innocuum existere. Diodorus Siculus ex Αἰθιοπίᾳ in Αἴγυπτον translatum scribit, quando Cambyses secundus Persarum Monarcha regnaret. Lib. 1. Biblioth. Εἰς τὸν ταῦτα εἰς ὄντος αὐτῶν περὶ τούτου, καὶ πότε διάφοροι ἴκουσι τὴν γλωττήν, μητρικὴν δὲ τοῦ ιεροῦ Αἰδηνοτοπίας τὸν Περσῶν Φυτὸν καὶ ὁ κατεῖχεν Καμβύσης τηρεῖσθαι οἰκίοις τοῖς ποταροῖς. Περσαὶ οἵτινες nominantur eximian habent dulcedinem. (loquitur de Αἴγυπτῳ) propagata fuit hæc planta ex Αἰθιοπίᾳ à Persis, quo tempore Cambyses loca illa in potestate habuit. Quæri solet, utrum perfecta sit belenion, cuius fit mentio apud auctorem librorum à Plantis falsò Aristotelē attributorum, βελίνιον ἢ τὸ δηλητηριώδες, τὸ γενόδρυον σὲ τὴν πίρσιδον, μητρικὴν δὲ τοῦ Αἰγυπτίου καὶ τοῦ Παλαιστίου γινεται βρώσιμον. Belenium verò, quod perniciōsum, est in Perside naturā. in Αἴγυπτον οὖτε Παλαιστίον transplantatum fit edendo. Certè eadem omnino videtur arbor. sed si illa sit, quam Gal. Lib. De Theriaca ad Pisonem describit, diversa omnino planta erit. Vide cap. 15. lib. 9. ubi plura de belenio dicuntur. βελίνιον δὲ τὸ βελῖνον à telo nomen accepisse videtur; quod ejus succo tincta tingebantur, ac λαθαλία reddebantur. quod de persefa nemo tradit. Fructum hujus λαθαλέμ satis aperte docet Galenus Lib. 2. de aliment. facult. ubi ait, εἶδον δὲ τὸν φυτὸν τὸν Αλεξανδρεῖα τῶν μεγάλων ὃν καὶ αὐτὸν δένδρων ισοφύτος ἡ τὸν καρπον αὐτῷ μοιχητεῖσθαι ποτε ἵστασθαι. Πίεσσας, οὐκ ἀπορεῖ τοὺς φαρμακοὺς, εἰς Αἰγυπτον ἡ κριματίνα. ιδιότερον τε γενέσθαι πληγῶν ιδιοτρόπον ἀπίστον τὸ Εριθοῖς, ὃν καὶ τὸ μέχρι Οἰνοποιοῦν. Vidi τοῦ hanc plantam in Alexandria, qua τοῦ ipsa magna arbor existit. Narrant autem quidam, fructum ejus adeo vitiosum ac perniciōsum in Persis esse, ut in cibo acceptus interficiat, Contrařium de belenio narrat Galenus. in Αἴγυπτον verò translatum, commestibilem factum esse, ut qui eodem modo velut pyra τοῦ mala edatur, quorum etiam magnitudinem habet. Vides fructum, non succum arboris λαθαλέμ. Plinii persicæ, perfæque historiam confundere supra notavimus, ideoque quæ dixi non repetam.

Tū p̄ ἀεροῦται, &c. Arborem hanc aspectū, inquit, magnam & pulchram, pyro proximam, folio, flore, ramo, totaque figura, Plinius lib. 13. cap. 9. *Ægyptus & Persicam* (scribo persicam) arborem sui generis habet, similem pyro, folia retinentem. Plutarch. Lib. de Iside & Osiride linguae comparat: τὸν δὲ τὸν Αἰγυπτίον φυτὸν μάλιστα τῇ θεῷ κα-
θηκόντῳ λέγουσαν τὸν περίσσαν, ὅτι καρδιὰ μὲν ὁ καρπὸς αὐτῆς γειττού-
χος τῷ φυτῶν εἶνεν. De stirpibus *Ægyptiis* maximè consecratam
Dea ajunt perseam: quod ejus fructus cordis, folium lingue
speciem refert. Pyri foliu n non ineptè cum lingua com-
parari potest. Idem ergo Plutarchus & Theophrastus de
folio tradunt.

Kαιπον ολε πολυρ φρει, ε ποταμοις αρχης, &c. Plin. loco citato. Fertilitas assidua ei, subnascente crastino fructu. maturitas Etesiarum afflata. ε ποταμοις αρχης πεπινει. Veritit crastino subnascente fructu. Quis credet singulis diebus novum generari & perfici fructum? Hoc tamen videtur velle Plinius. ποταμοις αρχης cum inquit, Theophrastus νύνε καιροι, omne tempus, intelligit. Vult Theophrastus omni anni tempore, vere, æstate autumno hyeme fructus ferre perfeam. Addit enim περιλαμβάνεις οντος την ποταμον νοιον fructus anniculum semper reprehendit. Et hoc ποταμοις αρχης significat. Hesychius αρχης, τοπος, η γης, η μορφη. αρχη καιροις. Theophrasti, ut dixi, sententia est, omni anni tempore vernali, autumnali, hyberno, æstivo fructum maturum, & immaturum ostendere. Plinius vero αρχη, putavit vocem Latinam, ideo non de tempore anni, sed diei hora veritit. Quod cum videret experientiae, & veritati contrarium esse, & impossibile, de diebus saltē accepit, & crastinum fructum subnasci scripsit, qui omnibus diebus novus generaretur. Melius hunc locum interpretatus est lib. 15. cap. 13. circa finem, ubi ait. Semper autem folia habet, & poma, subnascientibus aliis.

Plinius dicit etiam de rebus itinoribus. Plinius maturitas etesiarum afflatus. Gaza, maturitas anniversariorum afflatus conficitur. Videndum uter rectius vertat Gaza an Plinius. Etesiae venti sunt qui certo anni tempore flant. Ex Columella colligitur, Ethesias esse ventos qui quotannis in vigore aestatis perflant diebus 30. Sic enim libr. II. cap. 2. ait. Calendis Augusti ethesiae (flare incipiunt) pridie non. Augusti leo medius exoritur. — 3. Calendarum Septembri (id est trigesimo Augusti mensis die) bumeri virginis exoriuntur, ethesiae desinunt flare, & interdum hyemant. Plinius etesias aquilones vocat libr. 2. cap. 47. ubi ait non triginta, ut Columella, sed quadraginta diabus spirare. Ardentissimo autem aestatis tempore exoritur caniculae sydus, sole primam partem leonis ingrediente, qui dies 15. an-

te Augustas calend. est. Hujus exortum diebus octo ferme aquilones antecedunt, quos prodromos appellant. post biduum autem exortus, iidem aquilones constanter persulant diebus quadraginta, quos etesias vocant. Circa canis ortumflare hunc ventum etiam Aristoteles docet, sed quandiu, non scribit lib. 2. meteorologic. cap. 5. ubi ait, οἱ ἡμεῖς ντονοὶ μὲν τρέπομεν, εἰ καὶ ἐπειρηνῶμεν, οὐ τὸ περικύκλῳ ὅτε πλησταὶ μελλόμενοι τοῦ θερμοῦ, ἀλλὰ ὅτε πολλῷ περιπέπτουσιν τὸν πόλιταν. Etesiae autem flant post versiones (aestivales) & canis ortum, & neque tunc quando maximè prope fuerit sol, neque quando longè & die quidem flant, noctu cef-
sant. Idem eodem Capite docet ventum hunc Borealem, sive Aquilonarem, cum ait δέσποζεν δέ τις διὰ τοῦ βορείου πέρισσας οὐς ταλαιπώδημα ἔποιες, μενά τις θεατὴς τρέπεται. dubitans quidam propter quid Borea quidem fiunt contrahui, quos vocamus etesias, post aestivales versiones. Hæc si vera, quomo-
do καρπὸς τοῦ πάσου ὁποιοῦ πεπλεῖται, omni anni tempore fructum perficit? & circa etesias maturum reddit? Videntur hæc contraria. Vult Theophrastus omni quidem anni tempore maturum ostendere fructum, sed optimè & perfectè concoctum, quando flant etesiae. Quæ sequuntur, hanc esse Theophrasti mentem satis exprimunt.

"Ετι ἡ μεγάλη ἡλικία ἀπόφ., &c. Galenus fructum non tantum magnitudine pyri, malique tradit, sed eundem obtinere addit saporem. In fructu hoc nasci phalangia cranocolapta tradit Dioscorides καρπὸς φίσσος ιδίωματος, οὐ σύμμαχος, οὐδὲ τὰ λοιρέμα καρπονθάσια φαλάγγια, οὐ ψεκτατα δὲ εν Θηβαΐδι. Fructum ferens cibo idoneum, stomacho utilem: in quo phalangia cranocolapta nomine reperiuntur, praesertim verò in Thebaide. Nicandri Scholiaestes in Theriaca non in fructu, sed folio reperiiri tradit, πόντιοι οὐδεὶς φορτὶ τῷ ζεύ τῇ φαλαγίᾳ συνιός εἰναι ὁ καρπονθάστης ὁ κυριος κιφαλοκρυπτης τελούμφροφ., δε τοις φύλαιοις τῆς αἰγαίου τερρίτης. Antimalculo huic phalane similis est cranocolaptes, quaē & cephalocroustes vocatur, quaē in foliis perseæ nutritur. Videatur hoc habere ex Nicandro, qui in Theriacis

Τῷ ἵκελθο πεσεῖθο οὐαρέφεται πετάλοις.

Huic non dissimilis in perseæ soliss educatur.

Quomodo vocetur animal illud quod in foliis nutritur
perseæ, non tradit Poëta. Interpres cranocolapten vo-
cari dicit; quam Dioscorides in fructu gigni scribit. In
Fructu nasci, mirum non videtur. Quippe dulcis admo-
dum, ut ex Theophrasto Galeno, Strabone, Diodoro
Siculo constat; quorum verba supra citavi. Supereft,
examinemus quid Plinius de fructu perseæ scribat. Po-
mum, inquit, *longius pyro, inclusum amygdale putamine &*
corio, colore herbido: sed ubi nux illi huic pomum, differens
brevitate ac mollitie: & quamvis blandiatur prædulcis sua-
vitas, innocuum. Plurimos commisit errores paucis in
hisce verbis. Pomum, inquit, *longius pyro.* Theophrastus
pyri magnitudine ait, figura oblongum. An scripsit Plinius
pomum oblongius, pyro par? Quod sequitur absurdum
admodum, & præter veritatem. *Inclusum amygdalæ pu-*
tamine & corio, &c. Theophrastus perseæ fructum *amyg-*
dalæ scribit, quod figura conſer longiore, ad instar a-
mygdalæ. Vox *amygdala* formam & figurā amygdalæ
denotat. Sic *τυλασθης* qui vel que faci refert figurā, *τυλ-*
ασθης in modum platani, *κορώδης*, qui vel quæ hederæ
forma est, *συκώδης* qui vel quæ fici similis, & sexcēta alia.
Male ergo Plinius corio & putamine amygdalæ tradit
perseæ fructū. Ex Theoph. satis probari potest turpiter
Plinium errasse. *Ιερὸς δὲ κότος κάρπος οὐκτερεῖ τὸ προκύπτειν.* Si
fructus perseæ, ut tradit Theophrastus, habet ad instar
pruni lignum intus, non habet lignum foris, sed carnem.
Prunus carnem foris habet, quæ manditur, intus lignum
vel os. Sic enim *τὸ κάρπος* in perseis exponit Dioscorides
Nicand. *περὶ δὲ τοῦ περιτοικοῦ κάρπου.* Dioscorides interpreta-
tur *τὸ ὄστε τὸν περιτοικόν.* Vide cap. 5. lib. 3. Ita etiam *κάρπος*
περιτοικός Theoph. est *τὸ ὄστε*, quod ignoravit Plinius, eique
errandi occasionem præbuit, dum *τὸ κάρπος* pro vera acci-
pit nuce. Non igitur corio & putamine amygdalæ per-
seæ fructus. Quod si Theophrastus, *ἀμυγδαλούγε* vel *di-*
μυγδαλεῖον dixisset. melius & rectius amygdalæ corio &
putamine inclusum vertisset. Sic Nicander *περιτοικός αἱμυ-*
δαλούγεια dixit. quod corio teguntur amygdalæ. *Colore,*
inquit, *herbido.* Sic etiam Theophrastus. Hoc si verum;
quomodo, ut infra cap. 12. lib. 15. scribit, myxiis ruben-
tibus similis est perseæ fructus? De immaturo fructu
hoc loco agere Theophrastum videtur, quem virere, ma-
tutum vero rubescere dicit. *τὸν δὲ ἄστον*, inquit, *ἄμπερος*
αἱματογόνος ή *δεσπότης.* Ιερὸς δὲ *τὸ μέγας* ή *λίκος αἰνίζεται* — *πο-*
δες, reliquum pomum immaturius præcarpunt & condunt.

E7

*Est autem magnitudo pyri — colore verò herbido. Pergit Plinius. Sed ubi nux illi, huic pomum, differens brevitate ac mollitie. Corruptus codex. In utroque Salmaticensi, ut scribit Pintianus, scriptum est. Sed ubi nux illi, huic prunum, differens &c. Scribe ex Theophrasto, sed ubi nux illi, huic prunum differens. Amygdalæ putamine, & corio inclusum perseæ fructum inquit. Sed quod in amygdala & nux est, hoc in perseæ prunum esse, differens tantum brevitate & mollitie à vero pruno. Hæc Plinii mens, qua nihil ineptius excogitari potest. Hinc. lib. 15. cap. 28. prunum, vel nucem interiorem, quæ in perseæ fructu amygdalæ putamine & corio testa est baccam vocat: cum tamen perseæ fructus baccas annumerari non possit, nisi quis velit prunorum, perficorūque omne genus baccas vocare, quod fecit ipse Plinius. Sed verba ipsa Plinii audiamus. *Alia baccis, quarum intus lignum, & extra caro, ut olivis, cerasis.* Aliorum intus baccæ, foris lignum, ut in his quæ in Ægypto diximus gigni. Quæ baccis natura, eadem & pomis. Persea in intelligit Plinius, ut doctiores farentur omnes. Sed, ut jam probavi, foris lignum non habet perseæ, sed carnem: intus verò os instar perficæ. Quod cum viderent Doctiss. viri, baccæ voce, ad significandum nucleus abuti Plinium tradiderunt. cum carnem baccarum exteriorem intelligat. Hæc enim Plinii est sententia. Caro quæ in aliis baccis foris est, eadem caro, id est, bacca, in perseæ intus est, baccamque appellat, quod prunum ἄρχεπίτης Theophrasti. Existimat enim Græcum auctorem scribere perseæ arboris pomum amygdalæ putamine & corio cooperiri; intus autem eidem esse pruni carnem. Hoc enim verbis citatis docere videatur; aliorum baccas intus esse, hoc est ipsa pruna, quæ baccæ sunt. Non quod pruna ad baccarum classem referre velit: verum id est prunum, quod in fructu perseæ inclusum latet, baccam vocavit, quod Theophrastum dicere imaginatus est, pruno id est brevius, molliusque, cum Theophrastus os intus habere tradat instar pruni, sed brevius & mollius. Corrupra etiam verba Plinii. Scribo ex antiquo codice. *Alia baccis, quarum intus lignum, & extra caro, ut olivis, cerasis.* Sed aliquarum intus baccæ, foris lignum. id est, aliquarum baccarum, non pomorum. Antiqui codicis lectio confirmatur verbis Plinii, quæ sequuntur: *Quæ baccis natura, eadem & pomis.* Quibus verbis significat. aliis pomis extra carnem, foris lignum: aliis verò intus lignum foris carnem esse. Eadem naturam vult habere baccas. Aliquarum, inquit, intus lignum, foris caro, ut olivis, cerasis: Aliquarum intus baccæ foris lignum, ut perseæ. Quod falsum ex iis quæ diximus constat. Satis aperte Theophrastus perseæ fructu intus os habere tradidit, nisi vel ligno pruni non dissimile; sed tamen brevius esse & mollius quam pruni lignum. Persea hæc arbor dicta videtur, quod perficæ similem fructum ostendat. Perficum enim malum os intus habet, carnem, quæ manditur, foris. Colore quoque herbido inquit esse Theophrastus, & facie amygdalæ. Quod non male ad vulgaris perficæ fructum referri potest. qui & cordis, ut notat Plutarchus, figuram, ut pingi solet, non inepte refert.*

Ovidi, ὁ ινοχλεῖ, &c. Hinc Plin. lib. 15. cap. 13. Nam perficæ arbores ferè, & cum difficultate transiere, ut quæ in Rhodo nihil ferant, quod primum ab Ægypto eārum fuerat hospitium. Falsum est, venenata cum cruciatu in Persis igni, & panarum causa à regibus translata in Ægyptum, terramitigata. Id enim de perseæ diligentiores tradunt, quæ in totum alia est, myxis rubentibus similis, nec extra Orientem nasci voluit. Eam quoque eruditiores negaverunt ex Perside propter supplicia translatā, sed à Perseo Memphiatam. Et ob id Alexandrum illa coronari victores ibi instituisse, in honorem attavi sui. Hunc locum examinavi lib. 3. cap. 5. sed qui illi eruditiores, qui negant ex perseæ propter supplicia translatam Perseam? Theophrastus ex antiquis, qui extant, medicis fabella hujus mentionem nullam facit, ac fructum ejus innocuum tradit. Sed nec reliqui fabellæ fidem adhibuisse videntur: Omnes enim addunt φασι, λέγουσι vel simile quid. Ad locum Plinii illud addendum in MSS. legi & ob id Alexandrum coronam victoria sibi instituisse in honorem attavi sui. Quæ lectio non minus quam vulgata arridet.

Ex ei ἡ ξέλα. Plinius, *Materies bonitate, firmitudine, nigritia quoque nihil differens à loto.* Simulachra ex ea factiva vere, non eadem gratia, quam fidelis materia, ut ex arbore quam balanon appellavimus, &c. Male locus hic interpunktus est. Scribe, nigritia quoque nihil differens à loto. Simulachra ex ea factitavere. (Hæc ad perseam pertinent, quæ sequuntur ad balanon.) Non eadem gratia,

quanquam fidelis materia, est arbor quam balanon appellamus; perseæ nomine, Diligentissimus & Botanicorum facile princeps dum viveret, Carolus Clusius, arborem quandam lib. 1. cap. 2. (cujus ramum foliis, floribusque onustum in horto hyemali ipsius Clusi reperi) his verbis describit. Valde rara etiam est hæc arbor, cuius ramum expressum damus (eundem mihi servo) Nam solo Valentino regno unicam arborem vidi, monasterio Divæ Virginis, cui cognomen de Iesu, primo ab urbe Valentina lapide, ex America, ut ferebatur, eò delatam. Hæc porro arbor pyro similis est, in latum diffusa perpetuoque vidente coma, ramulis ex viridi pallescentibus. Folia illi lauri latifolia, superna parte virentia, inferna cinerei coloris, firma, nervis aliquot per obliquum discurrentibus, odore quidem & sapore commendata, cum ad strictione tamen linguâ mordicantia. Flos lauri ferè copiosus, racematis compactus, pallidus, sex foliis constans. Fructus pro initio pruno similis, deinde successu temporis pyri in modum oblongus, nigro colore, jucundoque sapore: nucleum ossis effigie continet, gustu castaneæ, aut dulcis amygdale haud ab simili. Vere florentem conspexi, autumno maturum fructum ferre intellexi à Claris. viro Domino Ioanne Placa Medico & Professore Valentino, qui mihi illam, quo nunc dixi loco, commonstrabat, incolisque mamay dici asseverabat. tametsi, qui nobis Americam descripserunt Hispani, alien ab hac diversam arborem hoc nomine designant. sed multis post annis, ab eruditissimo viro Simon de Tovar Medico Hispalensi, qui similem arborem, in cultissimo suo horto, cum aliis exoticis stirpibus alit, non maucay, sed aquacate vocari edocitus sum. An verò hæc arbor veterum perseæ sit, nec ne, dispendendum est. Post hæc quæ Theophrastus, Plinius, & cæteri de perseæ habent, in mediū adfert. Inde concludit his verbis. In eo omnes convenient, ut perseæ perpetuam comam attribuant, oblongum fructum, inclusum amygdalæ putamine & corio (solus Plinius hoc tradit, & quidem, ut jam ostendi, præter veritatem. Sic Doctissimos ac diligentissimos Botanicos, quandoque fallit Plinius) hæc quam exhibeo arbor perpetua quidem est coma, folio autem & flore magis laurum refert, quam pyrum, fructu etiæ oblongo est, sed qui myxis (qualem illi Plinius loco jam adducto tribuit) aut oblongis prunis simili sit, quam amygdalis, & colore, ut Placa referebat, nigro, non herbido, (obstat præterea, ut hoc addam, quod non omni anni tempore fructu maturum ostendit.) Itaque ut verum fatear, tametsi nonnullis cum perseæ à Theophrasto descripta notis, hæc nostra conveniat: mibi tamen aptius quadrare videor ei, quam Plinius Libro jam memorato (lib. 13. cap. 9. & lib. 15. cap. 13.) aut quam Plutarchus in Ægypto nasci, testatur Isidi gratissimam, quod fructum ferat figuræ cordis amulum, folium lingue, sed aliorum id relinquo judicio: nobis sententiam nostram in medium protruisse satiss est. Non possum satmirari, quosdam, perseæ historiam negligenter perpendentes, non esse veritos ad hanc nostram fructus cuci suo pulvino nudati iconem in suis commentariis pro perseæ fructu adjicere, fructus sanè planè ossi, qui nobis aliquando pro bæbelly fructu obtrusus fuit: nisi forte pyri, vel cordis forma, quam utcunque exprimit, eos ut id faceant impulerit. Verum cuci integer fructus, etiam per multos annos adservatus, & plane resiccatus, pugno major est, magnumque perficum malum potius amulatur, quam prunum aut pyrum. Ejus historiam Theophrastus lib. 4. hist. cap. 2. Plinius lib. 13. cap. 9. tradunt, paulò post perseæ descriptionem. Neuter tamen perseæ fructum pyro similem facit, sed magnitudine æqualem. Doctissimi Clusi sententiam probo quidem, sed in eo tantum ab eo dissentio, quod perseam hanc cum Plinii delineatione convenire negem. Nam carne, non putamine, (ut ipse monet Clusius) tegitur. nec Plinii Plutarchique perseam à Theophrasti diversam, sed, ut abunde jam probavi, eandem esse puto, veruntamen Plinium contra Græci auctoris mentem, aliquo modo diversam delineationem dedisse, quod vel ex Græcæ linguae ignorantia profectum est, vel quod libertus locum hunc non satis fideliter legerit, vel, quod Plinius non satis ad verba liberti attenderit.

Bæbelys vox latissimè patet apud Græcos, & pluta glandium nomina complectitur. *Bæbelys* enim nomine, fructus omnes indicantur longiores, quemadmodum antiqui Romanorum jurisconsulti glandis nomine, arborum ferè omnium fructus intelligi volunt. Quercus fructus βάβλων Græcis, etiam castaneæ, palmæ, nucis Ponticæ, aliorumve. Vide cap. de palma quercu, castanea, &c. *Bæbelys* etiam penis pars superior, quæ à Latinis glans vocatur. Pollux ὁμοίως βάβλων τις οὐρυλος ἀρεγι. Unde est jocus Martialis. *Paitas glande natus.* Habet & alias significationes hæc

hæc vox, sed quæ nihil ad medicum usum, nisi forte quod Plinius libr. 32. cap. ult. animalia aquatilia, ex testaceorum genere, quæ olfactu carent, βαλάνος vocet. βάλανος, de qua hoc capite agit Theophrastus, ad differentiam aliarum, Αγριόλια dicitur, & à Dioscoride βαλάνον μυροφίκης nomine describitur, quod in pretiosis unguentis infimum non habeat locum. Etio aliusque infimam Graecia Medicis μυροβάλανον dicitur. Etius lib. I. βάλανος μυροφίκη λόγον μυροβάλανον διστιχον. Apud Galenum mentione μυροβάλανον fit, ut libr. 13. cap. 15. de Method. medend. quo loco μυροβάλανον πιστον addi præcipit medicamentis ad phlegmonem hepatis. Et lib. II. cap. 16. ejusdem libri, ad scirrhos commendat, μυροβάλανον τεπεδα καρπωμένα νόσον οὐδεις, myrobalani corticem casum & resectum. Meminit Dioscorides μυροβάλανον, lib. I. cap. de palmis. Vide cap. 8. lib. 2. hist. μυροβάλανος idem quod βάλανος μυροφίκη. Notus Martialis versiculus.

Myrobalanon.

Quod nec Virgilius nec carmine dixit Homerus,
Hoc ex unguento constat & ex balano.

A Tralliano, supra cap. de palma, cum in myrobalani nomen inciderem, probavi, vocari φοινικόβαλανον. Ibi dem pluribus probavi, antiquum Tralliani interpretem, à multis male reprehendi. Non repetā quæ dixi, illud addam, Rosinum Panopolitanum capite φοινικόβαλανον, his ferè verbis, καὶ λαβὼν φοινικόβαλανον ἐλέγειντον Ελέγειντον Αραβῖ. Accipe corticem Phænicobalani ab Arabibus heliileg dicitæ. Serapioni halileg, vel helileg myrobalanus. Omne genus myrobalanorum Scaliger filius docet in Doctiss. ad Garciam notis, vocari halilegi. Flavum myrobalanum, φοινικόβαλανον vocare videtur, quod hæc palmæ fructum aliquo modo mentiri videatur, alioquin, ut non semel dixi, in prunorum classem referri debent vulgares myrobalani.

Φάιλος οἱ αὐτῷ, &c. Theophrastus myro simile folium tradit. Plinius ιλιοπότοιο legisse videtur lib. 12. cap. 21. myrobalanum Troglohydatis, & Thebaidi, & Arabiae, quæ Iudæam ab Ægypto disternunt, commune est, nascens unguento, ut ipso nomine appetet. Quo etiam indicatur, & glandem esse arboris, heliotropio, quam dicemus inter herbas, simili folio. Dioscorides lib. 4. cap. 160. arbore glandis unguentariae, tamarisco similem scribit βάλανος μυροφίκη καρπός ιτι διδρον μυροφίκη ιουντός. Glans unguentaria fructus est arboris myricæ similis. Dioscoridis lectio ex Oribasio probatur, qui sua quam fidelissime ex Dioscoride exscripsit. Verisimile admodum, apud Theophrastum restituendum μυροφίκης. Facilis unius alteriusve literæ lapsus; In re tamen dubia nihil asserere audeo, incognita mihi glandis hujus arbor, & ab iis qui in Ægypto praxin exercuerunt, nondum delineara, forte ab iis non repeata.

Ἐτι τὸ διδρον. Plinius lib. 13. cap. 9. Non eadem gratia quam fidelis materia ut ex arbore quæ balanon appellavimus, magna ex parte contorta. Navalis itaque tantum est. αὐτοῖς vertit fidelis. proprie illæsa. Nescio quid moverit viros Doctiss. quod αὐτοῖς in δινει, quod facile lreditur, mutarint. Fidelem materiam Plinius vocat, quæ non faciliter cariem sentit, illæsaque diu manet, & hoc αὐτοῖς, Hesychius. αὐτοῖς αἴλαγητος. αβλαῖος. ἀπωτος. οὐληγητος. Hæc arbor quamquam incorrupta, fideliq[ue] materie constat; non tamén habet eandem, quam persea, gratiā, quod contorta sit. Legendum ergo non αὐτοῖς, sed αὐτοῖς οὐδοφίκη vel, αὐτοῖς, vel, quod etiam non displicet, quippe levi admodum constat mutatione, αὐτοῖς & Φύσης αὐτοῖς. Et sic legendum non tantum ex Plinio, qui hanc lectiōnem sequitur, sed ex ipso probatur Theophrasto. Sequitur enim, αὐλαῖα πιστοφαμάνον. Θύρος φυτό, Arbor virescens, & copiosè succrescens, germinans & coalescens. Maximè arridet θύροις. Sic enim sensus legendum postularat.

Τοῦ καρποῦ οἱ τοῖς κελόφισι. Ita etiam legit Plinius. Vnguentarii autem tantum cortices premunt; medici nucleos tundentes affusa ejus paulatim calida aqua. Plinium corrigunt Doctiss. viri ac legunt. Vnguentarii autem exuto cortice premunt, affusa eis paulatim calida aqua. medici nucleus tuſis utuntur. Fefellit, inquiunt, Plinium, corrupta Theophrasti litera. Τοῦ καρποῦ οἱ τοῖς κελόφισι τριπλάσιοι μυροφίκης. Οὐδὲτε γῆ ἔχει τὸ οἱ καρπὸν αὐτοῦ ἄλλουν. Pro quibus legunt; τοῦ καρποῦ οἱ, σὺν τοῖς κελόφισι τριπλάσιοι μυροφίκης. οἱ οὐδὲ γῆ κατέχει. οἱ δὲ καρπὸς ιδίαις αἴλαγητος. Vnguentarii putamine non utuntur, sed tuſo fructu. is enim odorum suavitatem retinet, est autem edendo inutilis. Huic correctioni favere videtur Dioscorides οὐ τὸ σύρος θεραπεύει, οὐτε τὸ πικρὰ ἀμύγδαλα, ξεινοις υγροῖς, οἱ εἰς τὸ πολυτελῆ μύ-

ρον ἀντὶ βαλανοῦ χρῶνται. Cujus nucleus amygdalarum amarantum more tuſus, pressusque liquorem reddit, quo in preciose unguenta pro oleo utuntur. Non defunt contra viri etiam Doctissimi, qui Dioscoridis codicem maculatum contentunt, ac ex Theophrasto Plinioque legunt, εἰ τὸ εἶναι θλιβεῖδρος οὐτε τὸ &c. Huic sententiae refragatur Oribasius & Galenus. Oribasius quod vulgatum sequatur lectionem. Galenus libr. 6. Simp. βάλανος μυροφίκη. ημιζετει μὲν τῆς βαρβαρικῆς, λεπτής οὐδὲ μυροφίκης τῆς σαρκὸς αἵμης καληδονίας, θραψτὴς διαρραΐας ὁρμη. Balanus myrep̄sica. adfertur ex barbarica regione, utuntur unguentarii carnis ejus succo, qui facultate calidus est. Nec eorum probamus ophionem, qui Theophrasti codicem corruptum scribunt. Vulgata lectio ipsius Theoph. testimonio probatur, qui lib. de odoribus sic ferè scribit de oleo ex amygdalis amaris. φασὶ δὲ εἰς τὸ αὐτοῦ τὸν μύρων αἴροντες, οὐτε τὸ τοῦ βαλανοῦ. τὸ μύρων οὐδὲ τοῦ φύρων αἴροντες, εἰς τὸ ίλιου ιμβακόρδην. ίμική τὸ τοῦ πικρῶν. Vertunt. Ajunt & nobilibus unguentis idonum esse, ut & balaninum. nam & hoc glandium putamina in ipsum conjecta odorata reddit, quando & amygdalis amaris expressum idem facit. Quæ, ut recte monet Rob. Constantinus, Theophrasti non est mens. Verte. Ferunt & unguentis preliois accommodū esse, ut etiam balaninum. illud odoratum redditur à putaminibus in oleum injectis: idem putamina amygdala præstant. Ergo nec Theophrasti nec Dioscoridis corruptus codex: An ergo Theophrastus & Dioscorides pugnantia scribunt? Nec illud dicere convenit. Dioscoridis hæc est sententia. Quod interius est in glande unguentaria, tundi, & oleum ex eo exprimi, ut ex amygdalis amaris, hinc oleum ē glande Ægyptia, ut & ex amygdalis. Utroque enim in pretiosissimis unguentis præparandis, veteres, non odoris gratia, sed olei loco, ad suscipiendos odores, utebantur. Præterea etiā, ut vitaretur rancor. Alia autem Theophrasti est sententia. Hic vult, non ex putamine & cortice extrahi oleum, sed illud putamen & corticem myrobalani à myrep̄sico tuſum pressimve in oleum conjici ad unguenta spissanda, vel ad odorem iis conciliandum, quia, οὐδὲ τὸ ιχνε odoratum quid habet. Idem de palmæ cortice tradit Theoph. Lib. de odoribus, ιμβακόντος γῆ τοῦ ομοιορόδηπος αὐτοῦ ἐπεξειδεῖται. Ita locutu hunc legendū cap. de palma diximus. Balani ergo putamina odoris conciliandi, vel portius bonitatis, ut Constantinus monet, gratia addebat. Nam ad finem Lib. de odor. ait, τὸ οἱ βαλανοῦ τὸ Αιγανίας μύρων, αὐτὸς μὲν τὸν αἴρειν αἴροντες μυροφίκης οὐδὲ ποιεῖ τάχα βαλανία. Glandis autem Ægyptia unguentu non sanè nimium odoris efflat. Administa tamen aliorum addit bonitati. Eodem libro oleum balaninum minimè omnium pingue scribit. ζεῦτης οἱ μύρων τὸ τοῦ βαλανοῦ τὸν Αιγανίας γῆ Σειρας. οὐσια γῆ λαπαρή. Utuntur autem frequentissimè oleo ē glande Ægyptia, ac Syriaca. minimè enim omnium pingue est.

Τοῦ οἱ καρποῦ, &c. Frustra corrigit οἱ καρποῦ ιδίαις αἴρεται εδ ιδοι inutilis: quæ non est sententia Theophrasti, sed, ut recte monet Constantinus, ineptus est ad odorem unguentis conciliandum suavem. Corrigunt alii, οἱ καρποῦ οὐδὲ αὐτὸς αἴρεται, fructus ipse ad id inutilis est. Nempe εἰς τὸν τοῦ μύρων οὐδεῖται ad unguenta suavi odore imbunda. Horum lectioni nolim adversari.

Ἐτι οἱ καρποῦ μυροφίκη, &c. Scribe cum doctiss. Constantino θραψτὴς, non, ut vulgo legitur, θραψτὴς. Internum etiam nucleus cappari similem credo, integrum verò fructum nuci Ponticæ, ut Dioscorides tradit. οὐδετε τοῦ λαρυματοποντικοῦ καρποῦ. Sed non impediam si quis utrumque fructum describere contendat cortice suo munitum. Fructus enim capparis & nucis Ponticæ æqualis fermè magnitudine; nec forma dissimilis. Mesues fructum balani majoris avellanæ magnitudine esse ait, minoris verò ciceris instar. Vide infra verba Mesues.


Τῷ τοῦ καρποῦ. Theophrastus tantum formam, magnitudinemque fructus describit, & quantum ex eodem colligi potest, natale solum balani Ægyptia ait esse Ægyptum, cum tamen in aliis plurimis etiam proveniat regionibus. Galenus ex Barbaria adferri refert. Dioscorides in Ægypto, Æthiopia, Arabiae nasci ait, & quæ optima glans sit docet; quod etiam facit Plinius. Dioscorides, γανάται οἱ, εἰ Αἰθιοπία καὶ Αιγανία Εἰ Αιγανία τῇ τοῦ καρποῦ Ιουδαῖος Πίτραι. Διαφέρει τὸν τοῦ καρποῦ τὸν οὐδὲν, λαδηπτὶς Εὐβοίας. Nasciuntur in Æthiopia, Ægypto, Arabia, & Petra opido securi Iudeam. Prefertur recens, plena, candida, quæque faciliter cortice spoliatur. Contra Mesues recenti balano vetustā præfert, præfertur à Dioscoride recens, quod plus humoris, quam antiqua reddat. Vetusta Mesues probatur, quod minus humiditatis excrementitiae habeat, adeoque ventriculum minus subvertat. Cæterum Plinius

pro regionum, in quibus glans hæc provenit, varietate
varios ipsius colores agnoscit. Optimam autem non sim-
pliciter candidam, inquit, sed quæ circa oppidum Pe-
træam nascitur, cortice nigro, nucleo candido. De va-
rietate glandium hæc tradit. *Fructus magnitudine avella-
nae nucis*, (an Theophrastus, quem sequi lolet Plinius, scri-
psit Ἀράβων τὸ τῆς κοπικοῦ κέρατον, non, ut editur, κυπ-
ρίδης: videant Doctiores, ita quidem legit Plinius, ea-
dem comparatione utitur Dioscorides. Ex his in Arabia
nascens Syriaca appellatur, & est candida. contra in Thebaï-
de nigra, præferunt illa bonitate olei quod exprimitur: sed
copia Thebaica, inter hæc Troglodytica viliissima est. Sunt
qui Æthiopicam iis præferant glandem nigrā ac pingueum,
nucleoque gracili, sed liquore, qui exprimitur, odoratiori
(hoc vitium esse rectè monet Dalecampius, prorsus enim
odoris expertem esse oportet liquorem eum. Theop.
Lib. de odor. ubi de oleis ad unguenta odorata aptis agit,
λαστοῦ οὐ οὐκ τούτοις, οἰκεῖοντες. καὶ δὲ τοῖς πάρα, vulgo ἀνδεῖσθαι.
male igitur oleum tale accommodatisimum, ut odoris peni-
tius expers) nascentem in campestribus. Ægyptiam pinguior-
em esse, & crassiore cortice rubentem: & quamvis in palu-
stribus nascatur breviorem fasciörēmque: E diverso Arabi-
cum viridiac ac ternuorem; & quoniam sit montosa spissio-
rem. Longè autem optimam Petræam, ex quo diximus op-
pido, nigro cortice, nucleo candido. Duo, ut dixi, genera
Mefus novit: Ben, inquit, duorum generum, majus est nu-
cis avellanae magnitudine, triangulare, minus verò ciceri si-
mile. Vtrique inest oleosa medulla, lens, & alba; Præfstat
majus quod noxa vacat, minus siquidem noxiū est. Præfer-
tur in majori genere, quod putamine sit albo, lœvi, tenui, nu-
cleo fragili, albo, oleofoque, vetustum recentis melius. (Con-
trarium Dioscorides fortè vetustum melius quod oleosæ
plus habeat substantiæ. Sic nuces, amygdalæ &c. anti-
quas magis oleosas, quam recentes observare licet. Re-
centes enim excrementitio humido abundant, non pin-
gui substantia) in minori antem præcellit, in cinereo al-
bicans, fragilis pariter & pinguis.

Glandis unguentarii nomine describunt siliquam quan-
dam Lobelius & Pona, adversariorum autores. His fe-
rè verbis, *Effigies triquetra sed rotunda & glandis emula*,
*huius nomen generis aptavit: oleum verò quod pressu remis-
tit myrepse, sive unguentarie, nomenclaturam à ceteris
distinxit: jam diu Dioscoridi non minus notæ, quam nostræ
ætati, tametsi non ejus siliqua; ut qui palmulas vocatas libro
primo phœnicobalanico confert. Vnde nomen ben Arabistæ vi-
dentur detorsisse, quod illi nuculam hanc unguentariam in-
terpretantur. (certè quod Mesues ben. vocat, nihil aliud
quam unguentaria glans; ut ex iis quæ dixi apparat, &
præterea eo argumento probatur, quod utrumque ven-
triculum subvertere scribit, visceraque perturbare. Sed
quod Serapio, qui etiam Arabs, beben nomine describit,
longè quid aliud est. Ieudez, inquit cap. 113. id est, be-
ben; Aben Mesuei. *Species ejus sunt due, scilicet rubei &*
*albi, & sunt ambæ venæ in magnitudine radicis pastinacæ
parvæ, quarum quædam sunt tortuosæ: deferuntur ab Ar-
menia, odor ejus est bonus, & est in eis viscositas quadam,*
*& ambæ species sunt calidæ & humidæ, & augmentum fa-**

semen exhaustum, & extenuat corpus. Behen Mytēpsō & Actuario Hermodactylus vocatur. Myrepſus antidot. 38. μητέλπιον τὸ ἐπιλεγόνδρα οἷμα ἵμοδάκτυλον μαχεῖ. Hæc valde sunt corrupta. Scribe περὶ γένους αὐτῆς τὸ πούπις, τὸ λεγόνδρα οἷμα ἵμοδάκτυλον μαχεῖ. Behen alba & rubra, que nimis hermodactyli longi dicuntur. Apud Charctonem πηχύ legitur, ideo περὶ γένους vel πηχύ legendum dixi. Charito in compositione magnæ Tripheræ καὶ πηχύ λασικῶν καὶ ἐγερτῶν, behen adde rubrum albūmque. Hæc obiter addere visum fuit. De hermodactylo alibi agam. (Behen ergo Mesues & Myrepſi diversū) officinis & suffutoribus tum ad valetudinem tum ad volupratē, oleum dat pressu, ut nullo odore jucundum, sic nullo rancore aut foetore veterascens, nullam laborem aut fordem chirurgicam aut vestibus illinens, ac quamlibet odoris fragrantiam illibatam & vegetam tueri, omnium oleorum unum aptissimum, non secus ac sesumimum, aut amygdalinum premi solitum: Est namque in filiqua, quam nullus veterum aut recentiorum literis mandavit, admodum eleganti, palmum longa, carinula biberi conflata, tereti rotunda, gracili, binisque loculis ventriosa: nempe ima mediisque sui parte, qua protuberat, glandem singulam singulo claudens; summa verò acuto stylo, quo rostri instar, vel rhododendri vel periplocæ repentis, acutum mucronem protendit; intus subruflo colore, foris pullo cinereo-que, & secundum longitudinem striis rugisque exarata: coriacea tota, flexilis & corticosa insipida, subadstringens & sicca. Hæc dono data primum Praeceptoris Zoudeletio fuit. Deinde Adversiorum auctoribus, qualem exhibemus. Hanc non memini me vidisse filiquam: unguentariam esse glandem dubito, quippe, ut quidam scribunt, insipida, subadstringens & sicca est. Veteres unguentariam glandem, calidam, & amaram, cum adstringione quadam scribunt. Gal.lib. 6. simpl. Σεπτ. δὲ οἱ μερψοὶ τὸ τῆς σαρκὸς αὐτῆς χύλῳ, θερμῷ τὸν δύναμιν ὄπι. τὸ δὲ καθλοποὺς δέσμωμα τὸ γεῦδες, καὶ τὸν πρώτον ἐπικρατεῖσαν μὲν τὴν τὸν πεντέτην πεντότητα μέσην δὲ τὸν τρίτον αὐτὸν, καὶ διὰ τοῦτο πυκνήτερα αὖταις τοῦτον τὸν τρίτον πεντέτην πεντότητα μετατρέπει τὸν τρίτον πεντέτην, διότι ἐστὶς λόγος, &c. Utuntur unguentarii carnis ejus succo, qui calidus est, reliqua autem unde expressus est succus, terrestres scilicet & dura, vincentem habent qualitatem amaram. Sed & admixta est quædam adstringio. Proinde extergentem simul, & incidentem, contrahentemque & stipantem effectum possidet. itaque ad jonthos, &c. Mesues si credimus, major glans calcificat initio ordinis tertii, siccatur secundo, humiditatem habet excrementosam & acrem, qua ventriculum subvertit, nauseam excitat, viscera conturbat. Græci, ut cap. de palma ostendi, vomitum moveare, visceribusque inimicam esse scribunt. Parvam glandem ad omnia efficaciem idem tradit, molestem purgare, vires dejicere, sudorem frigidum movere. Quas utrum notas habeat glans à Lobelio delineata, me fugit. Ex iis, quæ supra capite de palma dixi, constare arbitror, fructus quos vulgo myrobalanos vocant, non esse myrobalanos quorum mentio fit apud Galenum, Aetium, Trallianum. idque quia myrobalanos, ut supra abundè probavi, vomitus excitat, ventroque inimica est. contra vulgaris myrobalanus ventriculum roborat, nec vi vomitoria praedita. Illud inquirendum, an vulgaris myrobalanus, cuius mentio fit apud Auctorem Lib.de plant.lib. I. cap. 8. μυροβαλανὸν δὲ δέρεγη, τὸ τῆς αἰχμῆς, ἡπερ Φανατινοῦ, οὐ περπόλιον γενοῦσι. καὶ τὸν διεσπερσὸν, καὶ τὸ τῆς αἰχμῆς αὐτῷ πικρόν. αὐτὸν δὲ ταῦτα, ὃν τὸ δέρεγη αὐτὸν ἴστιν μερψοῖς καλάδοις. Myrobalanorum verò arborum fructus cum initio apparuerint, dulces sunt: verum communi natura acerbi, & concretione amari. causa verò est, quod arbor ipsorum raros habet ramos. Credat Aristoteles, vel quisquis Libri est auctor. Ficus constat materie rara ac spongiosa. arundo faccharifera rarissima, vitem fivideas, lignum satis rarum habere deprehendes. attamen dulce faccharū, suavis uva, gratus ficus fructus. Non intelligit auctor hic vulgatam myrobalanum, quæ in prunorum, neutiquam glandium, aut palmulorum classem referri debet, sed βαλανὸν μυροβαλανὸν glandem unguentariam. Vulgaris myrobalanus vel nullam vel exiguum admodum amaritudinem habet, difficulter saltem percipitur. Contra in myrobalano cuius apud Aristotelem fit mentio, amaritudine satis evidens & manifesta. Fructibus his myrobalani nomen dedere Græci barbari, quod similitudinem quandam, cum glande unguentaria illis habere viderentur, aptius non videntur potuisse invenire nomen. Falluntur qui ab Interpretibus Avicennæ & Serapionis, myrobalani nomen, fructibus his impositum, scribunt. Græca vox est, Græcum nomen. In errore etiam versantur, qui à Tralliano fructus hos phœnico-balani nomine descriptos putant.

Glans unguentaria Lobel.



ciunt in spermate. Hanc virtutem non habet glans unguentaria, nec hac facultate pollet balanus, μυροφλυξη, semen minuit potius, quam auget. Imo certum est minuere

putant. Phoenicobalanus Tralliani, ut ex iis, quæ cap. 8. libr. 2. ubi de palma egi, in medium attuli, videre licet, vomendi facultate prædita est. Dixi insuper, ipsum Trallianum alibi docere, phoenicobalanum nihil aliud quam myrobalanum vel βαλανός μυροβαλάνως esse. Sic enim Libr. & cap. 8. circa finem φαινούσας ἡ δὲ μυροβαλανὸς ὄντας, εἰ τὸ δὲ ὀξυχότερον πίνει αὐτὸς οὐτέποτε. Phoenicobalanus, quam ἡ myrobalanum appellant, nisi ex posca bibatur mox evomitur. Myrobalanus vulgaris sive cum posca, sive sine posca bibatur, non evomitur, verum vomitum compescit, alycumque blandè moverit. Avicenna, ut refert Garcias, ab horto myrobalanos delegi vocat, pro qua voce, ut idem ait, apud Serapionem corruptè *halilīg* legitur. Garciam quidam notant, ac halilegi myrobalanos vulgares vocari scribunt: Iudicium penes Arabicæ linguae peritos esto. Myrobalanorum quinque periuntur genera; quorum nomina hoc verificulo continentur barbaro.

*Myrobalanorum species sunt quinque bonorum,
Citrinus, bebulus, bellericus, emblicus, Indus.*

Myrobalanum tam Græci quam Latini auctores antiquiores fœminino genere proferunt, cum δῶς τῆς βαλάνου fœminini generis nomine vox hæc, conflata sit; posterior-

res vero, & barbari, Grammaticis præceptis non satis instructi, bonisque auctores neque observantes, neque morantes, ad hunc usque diem masculinum genus myrobalani vocabulo tribuunt. Quinque, ut dixi, myrobalanorum genera, quæ à Charitione his ferè recensentur, ξανθὸς μυροβαλανός, χελιδόνης, βελιτής, καὶ μελιτής. Quæ voces, ut sunt barbaræ, sic barbarum etiam μυροβαλανός neutro genere proferre, ut Græci barbari solent. Crediderunt è recentibus botanicis aliqui, antiquiores dixerunt quinque hæc myrobalanorum genera in una eadēque reperiri arbore. Maluerunt alii tria in una eadēmq; nasci arbore; ex quib. Inda seu nigra, cuius acerbus immaturus, & adhuc adolescens fructus est, ideoque nullum in se nucleus habere, sed quoddam cavitatis rudimentum, futurum nucleus excipiens; relicta in arbore sua inda, quo ad increscat, & maturècere incipiat, in eam quam citrinam nominant, evadit. Chebula appellata myrobalanus fit, cum citrinā ad consummatam magnitudinem pervenerit. Utramque opinionem falsam, fictamque docet Garcias. Quinque, inquit, sunt diversa arborum genera, & quod magis mireris, in regionibus sexaginta aut centum leucis inter se distantibus nascuntur. Myrobalanus Inda five nigra Indiæ incolis, ut refert idem Garcias, reramiale dicitur. recentioribus Græcis barbaris μύρανος, μυροβαλανός, in neutro, enim ut dixi, genere proferunt.

Folium glandis unguentariæ.



Neophytus μυροβαλανός τὸ λεγόμενο, ξανθός, μύρανος, γριζός, πυρηνής. Postremum illud condonandum Grammatico. Turbith inter myrobalanorum genera recensere, est radicem centaurei, petroselini, & similiūm, inter poma numerare. Myrobalanus Indica Charitonii ξανθός dicitur. Myrepso passim ἵδης dicitur reramiale, sive myrobalanum Indicum. Garcias folia habere salicis similia tradit. Fructus incertæ est magnitudinis. alius enim unciam, alias sesquinciam longitudine excedit. Exterius colorēt habet è viridi fuscam & pallentem, qui tamen non nisi in abstero & loto appetat: Nam cum plurimus adferatur, & sibi invicem confricatur & atteritur, detritoq; fusco pulvere, in nigrum colorem convertitur. Forma constat oliva, utrumque turbinata. Carnem habet solidam, firmam, compactam, gravem, dum confringitur splendentem, colore nigrum, aut fuscam. Sapore est ad-

Glans unguentaria Myrobalanus.



stringente, aliquantulum subdulci, tenui, salivam provocante. qua de causa sitim arcet, orisque habitum commendat. siccatus inodorus est, vél saltem exiguum spirat. Huic myrobalani generi optimo Mesues has quinq; tribuit proprietates; vult esse nigrum & contractū, substantia constare densa, crassum, grave, ossaque carere. Ex Indicis myrobalanis elige neque minimam, neque maximam, sed mediocrem, unciali longitudine paulò breviorem, aut ad summum unciale, pondere triobolarem densam, solidam, intus nigerrimam & splendentem; fortis in citrino & fusco colore, si ablauatur, virentem, minus rugosam, nulloque aut admodum exili & compresso cavitatis rudimento inanem. Altera myrobalanus Græcis barbaris ξανθός, Myrepso passim οὐρανός dicitur. Vulgo apud Indos ayare vacatur, à Medicis vero, ut refert Garcias, aretiq; appellatus; sorbi, ut idem docet Garcius, profert

profert folia. Fructus longitudine sesquiunciali interedium est, crassitudine media & tumente parte digitali, utrumque in acutum definente; inaequalis est, quinque enim anguli per longitudinem transseunt; rugosus est, tenue cortice praeditus, dura, solida, compacta carne, & semine constans. Cortex colore habet citrinum, sive flavum; caro ex citrino ad rufum vergit. Intus semen habet album, angulosum, lignosum, valde durum, scabrum, rugosum, figura oblongum, corni semine triplo, interdum quadruplo majus, intus oblongum, album, utrimque mucronatum, nucleus tenui, pallidum; cuticula tectum concludens, pineo nucleo forma gustuque non dissimilem. caro sapore Iuda responderet. Huic etiam Myrobalani generi quinque has adscribit Mesues notas. In colore, inquit, ut sint citrini multæ citrinitatis declinantis ad viriditatem, & sint in pondere graves & densi, & in confactis suis inveniatur sicut gummositas, & ut sint crassi, & ut cortex eorum sit spissus, densus, complectens ossa parva. Myrobalanos elige majores, qua maximè flavæ sive citrinæ sunt, minimè autem rugosæ, solidæ, crassæ, densæ, & dum franguntur splendente subruffaque carne, minorique semine prægnantes, pondere drachmas duas & scrupulum æquantes. Chebula Avicenna Kebuli dicitur, ab urbe Indiæ kebul vel kabul. Chariton, Græcisque recentioribus κεβούλη. Indis areta appellatur. Folia hujus persicæ similia; fructus figura, carne, semine & nucleo citrinæ myrobalano responderet; nisi quod sic major, molliori, crassiore, ac minus fragili earne constans, colore tam foris, quam intus niger, gustu citrinæ aut Irakæ myrobalano simili. Laudaverunt, inquit Mesues, chebulos in quatuor proprietatibus; ut sint crassi, & quanto crassiores tanto meliores, & sint subnigri declinantes ad rubedinem, & sint graves in pondere, citæ subversionis in aqua, & sint habentes spissitudinem corticum suorum. Myrobalanus, que barbaris bellericus vocatur; Græcis recentioribus βιλανίζη. & βιλανίζη vocatur. Zohimus capite οὐδὲ ποιῶσι χαλαρὸς ἔστι οὐδὲ στεμμος μὲν δὲ βελλέης ὄφιος κακοθεραπείας, δέ τοι εὐτέλης, ή τοι φλοίος μένει. Indi gorim vel guti vocant. Arbori huic, ut Garcias docet, folia laurina, sed pallidiora, & subcinericia: fructus rotundus, aut modicè oblongus, superficie est fusca, & æquali, in longitudine ut plurimum quinque angulis distinctus, magnitudinem habet majoris gallæ, pondere quatuor aut quinque scrupulos interdum æquans, non raro superans, tenui carne & magno duroque semine constans, chebuli semine multo majori, drachmæ pondus levante, & intus oblongum, acuminatum, & avellanæ propemodum æqualem nucleus concludente. Saporem caro ejus habet, reliquis myrobalanis similem, sed substantiam illis rariorem. Præstantiores sunt, inquit Mesue, crassa, & spissa, ponderosa, densa, & cortice praedita, solidiorique carne constantes. Myrobalanus, barbaris emblicus vocata, Græcis-barbaris ιμβλίζη dicitur. ιμβλίζη. Actuario de compos. medicam. & libr. I. de method. meden. c. 8. τῆς αὐτῆς οὐδὲ καὶ οὐδὲ ποιῶσι διάδημα τὸν ιμπλίζην τὴν βαρβάρην φόνη καλούμενον, καὶ τὸ μωλώτης, eandem & consimilem facultatem obtinet quod empelizη, barbara voce appellatur, & quod emplitzη vocatur. Rosimus Αμελίζη capite citato nominat. καὶ Αμελίζη ὄφιος κακοθεραπείου μὲν δὲ αμελίζη quod ιμπλίζη. vel ιμπλίζη. Ita enim apud Myrepsum paixim dicitur, vel ιμπλίζη ut Antidoto 24. Notat doctiss. Salmas. in Lexico Iatrico ιμπλίζη vocari μυροβαλανη λόγῳ τὰ λεγούμενα ηγούν, μύλαντα, καὶ ξανθὰ καὶ γεράτη τὰ ιμπλίζη λιγνάτα, myrobalana generali nomine vulgo vocantur, nigra, flava, scissa, quæ & emplitzη dicuntur. Σχιστη, quod pulvinatis divisionib. scissa est haec myrobalanus, ab Indis Amuale appellatur, foliis est minutim incisis, palmæ longis, fructus magnitudine bellirico cedit; nonnunquam integer defertur, sed in fragmina divisus, ac dilapius. Caro enim ejus sex in longitudine habet commissuras; quibus cum maturuit dehiscens, in totidem partes dilabitur, que singulae adhuc in binas partes digitis fini queunt, crassitudine mediocri, habitu contracto, & aliquantum rugoso, colore cinereo aut fusco. Tonus fructus sub commissuris singulas cavitates habet, quarum vestigia in fragmentis apparent. Semen in medio lignosum, durum, paulò minus quam rotundum; colore subruffum, æquale, minimè rugosum, parvæ rotundæque avellanæ æquale, sex angulis & commissuris compactile, & in totidem partes secundum longitudinem fissile, quibus singuli insunt nuclei, figura oblonga & triquetri, ligneo, tenui duroque; cortice tecti, intus medulla constates. Saporem caro ejus indæ aut chetulæ similem habet. Meliores, inquit Mesue, ex eis sunt habentes frustra crassa & densa & gravia, & qui minus crescunt in obibus, & plus in carne, rari quoq; non habeat spiritum; elige etiæ minus rugosum contractos.

Cum jam sub prælio esset Theoph. ac liber hic imprimetur quartus, fortè incidi in hotu Farmesianu, libru; apprimè doctu, auctore Tobia Aldino Crenate, in quo balani myrepfi iconē, quam appingere curavi, inventi. Ipsius plantæ descriptione luculenter idem Aldinus tradidit, cuius verba subjicere placuit. Nucis, inquit, " quam Græci βαλανος μυροβαλανος, seu Balanum Myrepficam, Latini glandenii Vnguentarianum dicunt. Plinius vero Myrobalanum, id est, odoratam Glandem, Arabes scriptores Ben, seu granum Almesus, Hispani Avellanam Indicam, Romani Bend, nunc plantam in Farneiano horto vivere demonstratur sumus. Ex centenis Glandis unguentariae usualis, & vulgaris apud nostros Myropolas fructibus, qui satis recentes mihi videbantur Illustriss. & Reverendiss. D. D. meo in maxima copia ablatis, quos experiundi gratia terræ commiseram, unica tantum enata est planta anno 1618. quæ in hunc usque perdurat annum: cuius fructus quamvis nostris Myropolis & unguentariis ac plebi sint noti & vulgars; planta tamen ignota est & hoc usque à remine ex nostris Botanicis in Italia visa, neque exculta, quod sciām, ullibi in Europa: immo facies, & figura admodum dubia & controversa est inter simplicium scriptores. Ob id ejus ad vivum pictam Iconem & exactam historiam rei Herbariae studiosis non integratam futuram spero. Quāvis enim Veronensis Ponam montem Baldum peregrinans novellæ arboris pictam figuram ē Crete à Bello transmissam viderit, & in lucem ediderit; quia tamen recens, juvenis, ac novella admodum planta pingitur & diversa ab adultiore, & quod magis est, sine ullis notis, ideo nos alacriter historiam, atq; Iconem nostram proponemus. Primo anno exorta planta quatuor, vel quinque à radice surculos emisit, quoq; uno tantum relicto Ioannes horiti custos admodum diligens abstulit. Relictus furculus octo vel decem tantum folia emisit ramosa, quibus inerant alia folia Heliotropii foliis similia, ut etiam apud Ponam spectantur, rotundiora quam myrto, nec acuminata, sed subalbida. Adventante hyeme foliola primò deciderunt omnia, & remansere folia ramosa, quæ etiam tota simul postea cedidere. Tandem remansit medius caulinus semipalmi altitudine, qui deinde hyeme periit. Secundo anno à radice germinavit, & in palmi altitudinem caulis unicus excrevit. Hyeme tamen cedidere eodem modo pristino foliola, deinde ramosa folia, postremò etiam caulinus periit. Hoc tandem anno 1622. in humanam crevit altitudinem, & spero fore ut caulus vivat hac hyeme, Robustus enim ac lignosus videtur. A radice unus est stolo undique foliis inordinatè ortis septus. Primo autem aspectu plantæ visam diceres esse Genistam: sed præcipue Autumno. Decidentibus enim foliolis, remanent folia ramosa, ob id quadam Genistæ facie. Quæ quidem folia videntur esse rami ipsius arbustus. Et multi fuere apud nos qui induci ne quirēnt, ut crederent totam illam tenuium virgarum, veluti paucorum congeriem (sursum enim spectant) esse unicum folium; sed totum istius plantæ folium tale est. A parte qua cauli hæret in longitudine virgulam habet lentam flexibilem, rotundata ac tenuissimam veluti parvum juncum, vel Genistæ ramum, sed dimidio tenuorem, quæ cubitū superat; & in summo magis tenuis, & acuminata fit. Ab hac prodeunt alati rami, seu aliæ tenues virgæ similes, palmæ longiores, valde inter se distantes; binæ tamen semper, & ordinatæ quatuor vel quinq; pro latere, quæ pariter desinunt in capillaceam tenuitatē. Hoc totum ramosum est foliū. At ramusculis his plurima insunt foliola mirti forma, sed non acuminata, nec dura, nec Heliotropico diffimilia, rarissimis geniculis orta; sed binario semper numero, magnitudine inæqualia, atque etiam forma. Quod enim magis foliola ad ramusculorum summitates accedit, eo minora sunt; ita ut tandem oblonga admodum, & tenuia sint, Poligonii vulgaris magnitudine, & figura. At mirti folia à Poligonii foliis certè valde distant: talia tamen spectantur foliola. Tandem ista foliola ita minorantur in ultimus foliis, quæ nimis Decembri mense oriuntur, ut spectare tantum sit virginosa folia fine ullis foliolis, & ita Decembri mense, genistæ assumuntur. Plantæ namque novellæ frondes sine foliolis prodeunt; veruistiora autē folia quibus decidere foliola ipsa ramosa tantum apparent. Diu multumque disputavimus cum nostro horti custode, & aliis Botanicis qui ramosum folium, non folium, sed verum plantæ ramum esse volebant. Quibus me primo opposi, Theoph. verbis lib. 3. de hist. plant. cap. 3. ubi de Sambucop

" sambuco loquitur, quam folia habere dixit, lauro
" æmula: Deinde subito defluit id totum simul, & hinc
" unum folium totum esse ratione putaveris. Pariter
" enim nos unum folium dicemus totam illam virginem
" sambucum congeriem foliolis ornatam. Quamvis enim fo-
" liola primo per se decidunt, ob quod yideri pos-
" sent distincta, tamen deinde etiam cedit totum si-
" mul folium ramosum. Quod si verè ramus esset, non
" decideret ex se. In nulla siquidem planta' ramu-
" li ex se cadunt, sed sola folia. Secundo folia ista ra-
" mosæ omnia inter se sunt similia & superiora sunt
" majora inferioribus: at verè rami inter se differre so-
" lent, & inferiores ac antiquiores esse solent semper
" copiosiores ac majores. Tertiò ab exortu noscitur.
" Nam hoc ramosum folium totum simul & semel ef-
" formatum à planta oritur, primò rubens, inde viref-
" cens, deinde nihil. Priori formæ non additur, nisi ma-
" gnitudo, quod crescit; sive nullum aliud germen edit,
" ut solent alii rami, inde foliosa paulatim gignuntur, sed
" cum totis ramusculis. Ergo non verus ramus, sed fo-
" lium unicum. Quartò virgularum summitates in ca-
" pillaceam tenuitatem definunt, & cacumina clara de-
" monstrant ultrò non posse germen produci genui-
" norum ramorum more: statim enim summitates te-
" nuissimæ lœduntur, & pereunt. Non ergo ramus,
" sed folium. Radix crassa est, Napi quodammodo si-
" militudine, ab extra nigra, paucis radiculis. Flores &
" recentis fructus notas alias dabimus, si planta produ-
" xerit, nec non si vitam plantæ & nobis omnipotens
" Deus prorogare dignabitur. Hactenus nostræ veræ
" plantæ historiam enarravimus; nunc libet Antiquio-
" rum de Glande unguentaria dicta recensere & libra-
" re. Circà natale solum, scribit Dioscorides; nascentur
" in Aethiopia, Aegypto Arabia, & Petreæ secus Iudeam
" Theoph. libr. 4. cap. 2. Sunt in Aegypto arbores, ut
" Glans, & aliae quædam, quæ peregrinari omnino ne-
" queunt. Plinius vero libr. 12. cap. 21. Myrobalanum
" Trogloides, & Thebæi & Arabia, quod Iudeam ab
" Aegypto distinguit, commune est. Deinde ostendit dif-
" ferentias inter Arabicum seu Syriacum, seu ex Petra
" oppido, & Trogloiditicum, seu Aethiopicum, & The-
" baicum, seu Aegyptiacum. Quæ si vera sunt, mirari
" subit, quomodo nunc Balani arbor in Aegypto esse
" desierit. Nam diligentissimus plantarum Aegyptia-
" rum obseruator P. Alpinus in Aegypto nec arbores,
" nec fructus appetet obseruisse, cum de Ben, seu balano
" hac nihil scripserit. Fortè ut deperdita Balanus, ita
" aliae exortæ, ut castia purgatrix, Tamarindi, Bobbab:
" nunc in Aegypto copiose, Dioscoridi verò, qui in Aegypto
" vixit, ignoræ. Sed Petrus Bellonius suarum ob-
" servati. lib. 2. cap. 61. propè montem Synai se vidisse
" testatur. Rupe deinde consensa (inquit) Balani myre-
" psicæ arbores inter saxa provenientes conspeximus Betu-
" la magnitudine; similibusque ramis; caudice etiam can-
" dido, ut procul intuentes Betulam esse existimaremus.
" Pharon incola, ejus fructus diligenter legunt, & ex
" illis multum olei exprimunt. Ut autem istam arborem
" observaremus, occasionem nobis præbuit ejus semen cum
" suis filiisque trigonis ab incola Arabe in acervum conge-
" stum apud pagum. Sed fortè Bellonius non vidit plan-
" tæ folia perfecta, sed ramosa tantum. Nam betu-
" lae folia, nec nostra, nec antiquorum Mirobalanus
" habet. Virgosa autem & flexilis est Betula, corbium
" sportis apta atque scopis, & fortè non dissimilis fa-
" cie balano ob virgulas plurimas dum decidere fo-
" liola. Monardes autem cap. 47. scribit; in insula
" S. Dominici quoddam genus avellanae reperi, quo
" se Indi familiariter purgant, & esse Ben magnum vul-
" gi. Quod etiam firmat Cesalpinus de plantis libr. 2.
" cap. 45. Nostra autem arbor cum sit Ben vulgaris,
" forte erit avellana purgatrix, & Ben magnum
" ex sententia Monardis. Circa magnitudinem Theo-
" phrastrus 4. de hist. plant. cap. 2. Glans (inquit)
" à fructu nomen accepit, illæsa, magna que. Arbor est,
" verùm non recta, sed contorta; materies valida, &
" tam ad alia quam ad navigia percommoda. Dioscorides
" verò fructus (ait) est arboris Mirica similis. Hic Ma-
" thioli & alii dissentire sentientes Dioscoridem &
" Theophrastum, dubitant, aut in Theophrasti aut
" Dioscoridis codice mendum subesse; siquidem
" aut in Theophrasto μυρικης pro μυρικης, aut in Dio-
" scoride μυρικης, pro μυρικη legitur. Nam in utroque
" auctore facilis, lubricisque esse potuit scriptorum
" lapsus propter vocabulorum propinquitatem. Sed
" mihi nulla videtur oppositio: Dioscorides comparat

arborem hanc Miricæ arbori, id est, ejus magnitu-
" dini, & formæ, non ejus foliis. Nam materiis va-
" lida dicitur & contorta, ut Tamarici. Sic Ericam
" Miricæ similem dixit, intelligens quod sit arbor fru-
" cifica eodem modo. Sæpe enim Dioscorides ar-
" boream formam uni comparat, alteri verò folia.
" Philerida (inquit) arbus est ligustrum magnitudine, fo-
" liis olea: & Sicomorus arbor est magna fico similis, fo-
" liis mori, &c. Sed quæcum scribit, Arbutus ar-
" bor est cotonæ malo non dissimilis, ubi est similitudo?
" in fructu, in foliis? Nequaquam; in sola ar-
" boris figura, & magnitudine. Sic igitur glandis un-
" guentariae arbor Tamarisco magnitudine, & figu-
" ra, non foliis assimilabitur. Ita Bellonius magnitu-
" dinem, & ramos Betulæ tribuit non folia. De foliis
" alia quæstio est. Nam disidere videntur auctores.
" Plinius libr. 12. cap. 21. Indicatur & glandem esse ar-
" boris Heliotropio, quam dicemus inter herbas, simili
" folio. Theophrastus verò: Foliu ei simile atque mirto
" oblongius tamen. Ego qui modo in manu mea veram,
" vivamque habeo plantam, quam nec Theophrastus, nec
" Plinius viderunt, non miror diversis assimilari plantis
" ab auctoriis, & quandoq; inepte. In hac ramen plan-
" ta ab antiquis dicta similitudo spectari, non in toto
" folio, sed in foliolis debet. Heliotropio quidem Diosc.
" folium ferè rotundum est, mirto verò oblongius. At
" ex Theophrasti Balani folium etiam oblongius mirto.
" Unde dissimilium à rotundo Heliotropii. Nos denique
" diximus folium adesse peligoni. Quæ igitur diver-
" tas & dissensio est ista? Respondeo nullum adesse
" absurdum: ramosarum enim frondium priora, ac
" rotundiora sunt, Heliotropii æmula; posteriora pau-
" latim numerantur, & oblongiora mirto sunt; ulti-
" ma denique ipsissima peligoni folia videntur. Nul-
" la igitur dissensio inter antiquos. Sed inter recen-
" tiores posset adesse aliqua difficultas. Nam Ovie-
" dus in hist. Ind. libr. 10. cap. 4. agens de Indorum.
" Avellana purgatrice, scribit, non excrescere altitudi-
" nem duorum hominum & foliis adesse cannabis. E-
" go quidem crederem hunc æquivocasse, & quam-
" vis Avellanam purgaticem suam esse Ben dixerit,
" apud quosdam Medicos esse forte Ricinum, non Ben
" verum. Et de hujus usu plura refert legenda. Do-
" cissimus Cesalpinus Balanum Plinii folio Heliotropii
" censuit forte esse Castaneas, Equinas dictas ob fo-
" lia Pentaphilli majora, Ricini magnitudine. Sed
" per Heliotropium Cesalpinus intellexit Ricinum; Pli-
" nius vero herbam Heliotropium voluit. Lilac Mat-
" thioli non esse Glandis unguentariae plantam, satis cui-
" que notum; cum Romæ sit frequentissima planta,
" ob flores gratos. Dicitur vulgo Siringa cerulea, fi-
" gura Arboris Ben, quam exhibet A. Marinus in Mu-
" seum, quam dixit recepisse à P. Antonio Michelio,
" sine descriptione est. Unde nihil dici potest. Videlur
" tamen aliquomodo cum nostra convenire, sed à pi-
" ctore male fuisse depictam, Horum fructuum usus
" in Medicina nullus apud nos est, quamvis antiqui pur-
" gare per utramque partem tradiderint, & Indis
" in usu sit ut refert Monardes, Sed affirmare equi-
" dem non ausim, an Ricenum voluerit. Nimis enim ve-
" hementia sunt: Oleum autem expressum tñm eo quod-
" vetustate rancorem non sentiat communiter unguen-
" tariis est in usu, tum etiam quia sine odore, facile alic-
" nos suscipit, odorem autem oleo tribuant nostri Miro-
" polæ, ut Mesues docet de rosaceo confiendo.

Tò δι καλούμενον κονκίφορον, ήσι ομοιον το φοινι. Corru-
" ptus Theoph. codex. Plin. libr. 3. cap. 9. At è diverso
" cuci in magno honore palme similis. Malè in antiquis co-
" dicibus legitur, at è diverso cinus in magno honore. Scribe
" apud Theophrastum, τὸ δι καλούμενον κονκί φορον, ομοιον το
" φοινικων, quod cuci vocatur, magno in honore est, palme
" similis. Supra τὸ δι φορον, excellens, pretiosum, præstans, si-
" gnificare noravi, Vide infra cap. de cinnamomo costo ab
" hoc ιερῳ, auctori Peripli maris rubri. κονκία φύλλα. γλαστη,
" inquit, τὸ Αραβικὴ γένεται, τὸ σειράματος φύλλων κονκίων, uti-
" tur Arabicæ lingua, & subligaculo ē foliis cucinis. Frustra
" corrugunt φύλλων κονκίων. Supra cap. de palma κονκία, &
" κονκίων arboreas diversas, probavi, & à maximo Grammati-
" co utramque confundi.

Διαφίσει τὸ &c. Plinius, Differt quod in brachia ramorum
" spargitur &c. Differt à palma, non à balano, ut quidam
" volunt. Ex Theoph. verbis satis liquet, hæc de differentia
" in er palmā & cuci intelligi debere. Scribe apud eundem,
" διζευνω. Ita legendū sensus, ipse postulat. Quomodo enim
" sis αὐτοὶ οὐκέτι, si à palma differt, quæ μονοφύλλη ἀπέστη.

Χάρτης ἡ τῷ φλαιῷ κατέπιε φοίνικα φύλλα ταῦτα πλέγματα. Ήσα contaminata, & depravata. In Ald. & Bas. scriptum est, καὶ τῷ τῷ φλαιῷ κατέπιε φοίνικας ταῦτα πλέγματα. Scribe. Folio sicut etiam palme, ad utensilium nexus utuntur. Scripsit Doctiss. vir ad oram, αὐτὸν φλαιῷ legendū φύλλα, quod non intellexit librarius, qui utramque vocem in textum recepit, ac codicem depravatum, magis corruptum reddidit. Legendum quo dixi modo, ex Plinio probatur. Quando, inquit, οὐτοῖς solis utuntur ad textilia. πλέγματα πυκνά meminit Strabo lib. 17. καὶ πάντα πυκνά τῷ πλέγματα Αἰγυπτιακά εἰσ φύλλα πάντα σχινών & φοίνικων. Item cucina texta Αἴγυπτια εἰσ stirpe quadam conficiuntur. juncis & palmaceis similia. In M.S. cod. legitur ineptissime κατέπιε φοίνικα. Corrigunt καὶ πάντα πυκνά; idque quia ita Hesychius, καὶ τοῦ Λιθοποιῶν φοίνικαν εἶδε, καὶ πάντα πυκνά τῷ πλέγματα φύλλα τῷ διέδων σκιάν, φορμήν. Supra cap. de palmis Hesychius duas arbores confundere καὶ πυκνά & καὶ πυκνά dixi. καὶ Αἰγυπτικά arbōr palmifera. Vide cap. 8. lib. 2. καὶ πυκνά, ex qua textilia fiunt, Αἴγυπτιa arbōr, ut hoc cap. docet Theophrastus.

Καρπὸς οὐδὲ ιδίος, &c. Plinius. Pomo magnitudo, quae maximum impletat, color fulvus, commendabilis succo ex austero dulci. inīκαστο, fulvum vertit. rectius subfulvum, vel, ad fulvum vergens, dixisset. ζαφῆς propriè color flavus, luteus. Botanicis non raro rufus, ut cap. de nardo, aliosq; locis abunde probatur. Ruffus, fulvusque colores vicini. Legit quoque Plinius, καὶ οὐδὲ σωτείρα γεννᾷν, & διδούσαν. Malē in Ald. cod. legitur, καὶ σχίναν εἰς καλό. Nemo non videt scribendum καὶ καλό.

Οὐδὲ ἄρρενος οὐδὲ ἀντρες οὐ φοίνικα. Plinius aliter legisse videatur. Lignum, inquit, intus grande, firmaque duritiae, ex quo velares detornant annulos. In eo nucleus dulcis, dum

recens est; siccatus durescit ad infinitum, ut mandi non perficit, nisi pluribus diebus maceratus. Fructum intus habere lignum firmæ duritiae, non tradit Græcus auctor, sed arboris lignum densum, & carnosum, cæstumque crispum admodum esse ac durum. Nec Græcus auctor ex ligno annulos torhari scribit, sed ex nucleo fieri uncinos. Legit enim καὶ οὐδὲ, non καὶ οὐδὲ, ut in Ald. & Bas. habetur codice. καὶ οὐδὲ τριφύλλην stragulorū uncini vel annuli. καὶ οὐδὲ τοὺς εἰς τριφύλλην τοὺς διαποικίλους, vertit, velares annulos. Doctiss. viri pro velares legunt versicolores ex Theophrasto. Utraque lectio admitti potest, sed vulgata verisimilior. Vox διαποικίλου rectius ad τριφύλλην, meo iudicio, refertur, quam ad καὶ οὐδὲ. ut sit sensus, annulos detornari ex nucleo coccino, quibus in versicoloribus stragulis utuntur. Sequitur, succinctus durescit Ησα aliunde quam ex Theoph. haustus, apud quem tale nihil legere est.

Καὶ οὐδὲ διά πίεσθαι. Plinius. Materies crispioris elegantiae, & ob id Persis gratissima. Imperfectæ, ut soler, hunc locum reddidit Plinius, & partem omisit. Ad quod Persis gratissima cucina materies? Debuerat dicere, gratissima ad lectorum pedes conficiendos. Falluntur qui couci putant arborei Indicam, quam vulgo coccon vocant. Fructus triplo, quadruplo major, quam tradit Theophrastus, nec rotundus, congestus etiam instar palmæ, neutiquam discretus. Nec unquam oblitus fuisset describere Theophrastus aquam, quam in se continent suavissimam. μοσφὸς ad instar palmæ, nec εἰς διζησθεῖται. Materie etiam constat fungosa & ferulacea. Indica denique arbor, quæ an in Αἴγυπτῳ, ubi cuci frequens dubito, qui Αἴγυπτον ex recentioribus peragrarunt, mentionem ejus non faciunt. Non defunt, qui retulerunt, se nunquam obseruasse in Αἴγυπτῳ conon.

ΚΕΦ. Γ.

C A P. III.

De spina, quotquot ejus genera. Item de pruno, & arboris magnitudine circa Memphim.

Hέλον τῷ δένδρον εἶναι, ταλαιὸν & σελέχες. Καὶ γάρ οὐτι τῶν βλαστῶν καὶ οὐτι τῶν φύλλων ἔχει, μεγέθει διέλεγμέσα. Καὶ γάρ διαδεκάπτηκες εἴς αὐτῶν ερεψιμοῦ ὅλη τομέτην. Μητὶ δὲ τὸ γένος αὐτῶν. Εἰ μὲν γάρ εἰστι λευκὴ, ή δὲ μέλανα. Καὶ οὐ μέλανης παὶ καὶ διπλή. Καὶ δὲ μέλανα, ιχυστορεῖται καὶ αποπλεύσα. Μηδὲ καὶ οὐ τοῖς ναυπηγίαις χρῶνται ταῦτα τὰ ἐγκοίλια αὐτῆς. Τὸ δένδρον δὲ σὺν αἷσαι οὐδετοφένεις. Οὐδὲ καρπὸς εὔλοος, καθάπερ τῶν κεδροπλάνων, φρέσκῶν τοῖς εγκώνιοις ταῦτα τὰ δέρματα είναι τὸ κικίδιον. Τὸ δὲ αὐτὸν τῇ τούτῃ οὐτε καρπὸς. Καὶ δέ τοι τούτον εἴτε αὐτὸν εἴτε καρπὸν εἴτε καταβεβλάσηκε. πολὺ δὲ τὸ δένδρον εἴτε καὶ δρυμὸς μέγας τοῖς τὸν Ιησαΐκὸν νόμον. Οὐπερ δρῦς, καὶ η περοσα "ταλεῖν", καὶ η ἐλαία. Καὶ γάρ η ἐλαία περὶ ποτὸν τὸν τόπον εἴτε τῷ ποταμῷ μὲν σὺν δέδενοι μήνη, ταλεῖν γαρ η τελακτια σάδια ἀπέκει ταυταποίοις δὲ υδασιν. εἰσὶ γάρ ιπηναὶ πολλαῖ. Τὸ δὲ ἐλαίον οὐδὲν χειρὸν τοῦ συντάξεως ταλαιὸν κακωδέσσεον, διὰ τὸ απαλίας τοῖς αλσὶ χρῆσθαι τῷ Φύσει. τὸ δὲ ξύλον τοῦ δένδρου καὶ σκληρὸν καὶ αργεταληστὸν πυκνούμον τῶν η κακωδέσσεως τοῦ φύλλων τῷ λατίνῳ. αἰδοὶ δέ τοῦ δένδρου τὸ η κακωδέσσεως, δια, μιγμαὶ μέρας μὲν τῷ μεγέθει καὶ τῷ φύσι τοῦ καρποῦ ὅμοιον τῶν φύσι τοῦ τοῖς μεστίλοις. Καὶ τῷ μεγέθει τῷ αργεταληστὸν. ταλαιὸν καρποῦ. ἔχου τὸν πυρεῖα στρογγύλον. αρχητηκούσει δὲ σύγχρονος μηνὸς τοῦ φύλλων πυανεψιῶν. τοῦ δὲ καρποῦ πεπάνεται τοῖς ηλίου καρποῖ. τροπωτας καρμελινας "οἰς φύλλοις δὲ εἴτε οἰς στεπεῖς τῶν Ιησαΐδα καρπικούντες, διὰ τῶν αὐθονίαν τοῦ δένδρου ξηραίνουσι τὸν καρπόν. Καὶ τὸν πυρεῖα τοῦ

Srina ex eo nomen accepit, quod tota atbos aculeis horret, excepto caudice. Nam & super germina foliaque aculeos gerit: magnitudine excellit. Materies quippe duodenorum cubitorum. Tectis idonea cæditur. Ejus duo genera sunt. Quædam enim candida, quædam nigra: & altera imbecillis, facileque putrescens: nigra autem robustior, atque incorrupta. Ob id in navium fabrica ad costas ventrisque compagines ea utuntur. Erecta non valde assurgit. Fructus in siliqua, modo leguminum, quo incola coria perficiunt, vice gallæ. Flos & pulcher aspectu, ut coronas ex eo facerent: & medicamentis perutilis, qua de causa colligi à medicis solet.

Fit & gummi ex ea. quod manat tum arbore percussa, tum sponte, sine ulla fissura. cum autem cæsa fuerit, anno tertio protinus resurgit. Copia hujus arboris large habetur, & sylva ingens circa agrum Thebanum est, ubi & robur, & t persea plu- rima, & o- lea, bæcennia eo loco etiam reperitur.

gignitur etiam ex ea id quod gumi vocant.

t persea plu- rima, & o- lea, bæcennia eo loco etiam reperitur. Dijstat enim plus quam trecentis stadiis) sed suis fontibus, qui circa eum tra- fluvii irri- gata nasci- tur. Dijstat enim plus quam tre-

florere incipit mense Iulio. Fructum circa diis, ab a- brumam perficit, nec folia dimittit. Qui circa quis manu- agrum Thebanum colunt propter arboris copiam, fructum siccant, lignoque exempto tundunt, t of-

fusque faciunt. Nascitur peculiaris quædam mate- ria circa Memphis non foliis, vel ramis, vel to- fates plures. & Octobri. "circa solstitium hyemale maturum reddit. t in massas globosq; dirigunt, nascitur circa memphim frutex quidam peculiaris qui circa folia ac ramos ac totam formam reliquarum instar nihil peculiare habet, sed propria qua-

dicitur: nec urgenda verba, sed commode exponenda. Hoc volunt, lapsis foliis alia renasci ac substitui. Quare &c. Sic emendo, & cetera.

IOANNIS BODÆI A STAPEL

Habens *άκανθα*. Malè in Aldino codice legitur, & sicut
Anglo-vox generalis admodum; plures eo nomine
gaudent plantæ. Omnes quippe quæ spinis munitæ
sunt hoc nomen audiunt. Hoc capite Theophrastus
de *Ægyptia* agit spina, quæ à nonnullis cum *Arabica* spi-
na herba, (quæ etiam *άκανθα* *Αιγυπτία* dicitur) confundi
solet. Errandi occasionem præbuit *Aetius* & *Plin.* *Aetius*
lib. I. ubi ait. *Άκανθα Αιγυπτίας* *οὐ ταῦτα οὐ ἀκανθαὶ κατηγορεῖσθαι,*
ταῦτα πάντα καὶ Ἑργατικά τοις Δαμασκοῖς, οἵτε οὐδὲ γοναῖς τοῖς,
τοῖς καὶ οὐδὲ θάλατταῖς μεφυτουμένα εἰς οὐλῶν ἄχαι. *Spina Ægyptia ex*
qua acacia præparatur, adstringendi & fiscandi vim habet,
quare & fluxui muliebri prodest, & ulceræ sedis inflata ad
cicatricem perducit. Postremum Galenus de spina Ara-
bicæ, prius de *Ægyptia* libr. 6. simpl. ubi Arabicam acan-
thum, etiam *Ægyptiam* vocari docet. *Άκανθα* *Αιγυπτία-*
νοι οὐ Αραβικῶν οὐδεὶς ζωσι. οὐκεὶ οὐτε παρὰ ηὔης αἰγυπτίων τῇ λαβύρι-
νῇ ταῖς κατ' οὐδεὶς μεφυτουμένα, καὶ εἰς οὐλῶν ἄχαι τε ἔλλην, με-
τε τάξις ξυνοῦσα καὶ τοῖς αἰδηνῖς τοῖς γονῖσι. quæ non parum corrupta
sunt. Scribe ex Aetio, καὶ τὸ καὶ οὐδεὶς μεφυτουμένα εἰς οὐλῶν
ἄχαι τε ἔλλην, μετελέων, &c. Spina Ægyptia, quidam Arabicam
vocant: similis autem est spinae albae nostrati, — & ulceræ
sedis inflata ad cicatricem perducit, mediocrem habens &
non molestam adstrictionem. Acacia ex arbore quæ acan-
thus colligitur, spina Arabicæ herba ex carduorū genere
est. Quod vel ex eo appareat, quod spinæ comparet albæ
Galenus, quæ cardui species, & inter carduos recensetur
à Dioscoride libr. 3. cap. 15. ubi carduorum historiam
tractat. *Άκανθα*, inquit, *Αγγελικὴ ιούχης Φύσεως δοκεῖ τῇ λαβύρι-*
νῇ οὐδὲν εἶναι, σύφουρα & Ἑργατικά. Spina Arabicæ natura spinæ
albae similis esse creditur, adstringit & exsiccat. Carduus
igitur Arabicæ spina. Miro magnos medicos scribere,
in Doctiss. suis lucubrationibus. *Άκανθα Αιγυπτία* sive *Αγγελική*, frutex est, qui, ut ait Dioscorides, spinae albae similis
esse creditur, valde siccat & adstringit, &c. Nusquam tra-
didit Dioscorides spinam Arabicam esse fruticem: inter
aculeatas herbas, & carduos eam describit. Vnde facile
colligere licet, congenerē carduis esse statuendam. *Ιππό-*
τον esse scriperunt, quod rhamnus, quæ *άγριὴν λαβύριν*, spina
alba etiam dicitur, frutex fit; cum aliam spinam albam
intelligat Dioscorides. Nec immunis, ut dixi, ab errore
Plinius. Libro enim 24. cap. 12. hæc tradit; *Spinæ Ara-*
bicæ laudes in odorum loco diximus. quæ propriæ Arabicæ
dicitur spina inodora. Præterea lib. 12. 13. 14. & 15. ubi
de odoratis exoticisque agit, *Ægyptiæ tantum meminit*
spinæ, ejusque laudes perstringit. In eodem etiam errore
reperio magni nominis Botanicum libr. I. de nat. stirp.
cap. 13. 3. ubi de acacia agens, *Spinam*, inquit, *porro Egyp-*
tiā sunt qui & Arabicam vocarunt, ut Dioscorides, & Galenus. Certe Galenus quidè spinam Arabicam, *Ægyptiæ*
vocari tradit; sed ex ea *Aegyptia* spina, acaciæ colligi,
nusquam tradidit. Quin etiam ut ab *Aegyptia* spina di-
versam doceret, addidit, similem esse spinæ albæ nostrati.
Nihil facit, quod in lemmate apud Dioscoridem additum
est, *Αραβικῆς άκανθας ή Αιγυπτίας.* Arabicæ spina, quæ inter
carduos numerari debet, etiam *Aegyptia* dici potest, di-
que est, quod tam in *Aegypto*, quam *Arabia* nascatur.
Sed ex his constat, thyrzos in gracilitatem coni instar fuisse fastigiatos. Tale cacumen visitur in branca ursina, & in ea quam sylvestris acanthi nomine ostendit Lobelius.

Recte ergo Dioscorides acanthum θύρσον καρπόν proferre dixit, κεφαλήν pro omni planta summitate accipiens. Nam non tantum globosum caput, sed umbellam & omne quod in supremo est caule κεφαλήν vocat. Umbelliferas enim plantas seseli Æthiopicum, anethū, daucū, polium, oreoselinon, aliasq; infinitas plantas κεφαλήν κεφαλήν protrudere tradit. θύρσοις κεφαλή, caput quod coni instar in gracilitatem fastigiatur. Denique pro ιπποτῇ, quod igneo rubore nitentes quidam vertunt, Saracenus geminatò legit ιπποτῇ hoc est rufae, vel fulvescentes. Quomodo legit & Oribasius. Branca ursina acanthum veterum, ut sèpius dixi: nec discrepat ab antiquorum acantho, nisi quod topiaribus operibus inepta videatur: Hodie ab omnibus ferè negligitur, ac veluti ignobilis planta, in perpaucis tum hortis, tum viridariis feritur, apud Antiquos tamen celebris, & in magno honore habita fuit, plurimisque laudibus decantata. Topiarium opus Grammatici scribunt quod ex arboribus, aut fructibus, aut herbis flexilibus, & suo lentore sequacibus, in variis animalium, aliarumque rerum figuris conformatur: Sed hoc non est solum opustopiarium. Nec hoc in mentem unquam venit Plinio, cùm acanthum topiariam & urbanam tradidit herbam. Topiariam vult esse plantam; quatenus vel sata, vel sponte nata, nec uilam in figuram detorta crepidines marginum, & adsurgentium pulvinorum toros vestit. Et quanquam nocti haud facile ex se valeat, tamen tum caulis, tum folia ob molletiem, lentoremque adeo flecti queunt, ut vimineo aliquo nexu topiaro operi etiam non incommodè aptari possint. Virgilium autem quando, aut flexi tacuisse vimen acanthi cecinit, respexisse arbitror ad historiam ex Vitruvio supra allatam; carminisque hanc non esse sententiam, quod branca ursina vimine exornetur illo, aut flexilis, tortilisque & sequax, lentaq; in omnem partem magnō perè deprehendatur: sed quod ob impositum radici suæ calathum plurium poculorum pondere aggravatum, inflexa, hoc est depressa, detortaque sit, & magna violencia, injuriāque prohibita, ne recto impetu in sublime ferretur ac erumperet, mox prodeūta caulis & foliorū germina teneritate sua novella, calathum in medium viminis cinctissime & coronasse. Quo etiam allusit Poëta Doricus, ex quo suum carmen habuit Mantuanus. Branca ursinæ folia sunt ampla, lœvia, subnigricantia, molli quodam lævore pinguis, lactucæ latiora: profundis ab utroq; margine & frequentibus incisuris, ad instar erucæ sinuosa, ac laciniata. Inter quæ mediis erectus assurgit caulis bicubitalis, pollicari crassitudine, per intervalla sub ipsum usque verticem foliolis quibusdam oblongis, leviter punctigentibus ad oblongi pileoli figuram obtortis, circumdatu; è quibus flores prodeunt candidi, forma oblongi; sequuntur valvulae ex oblongo rotundæ; in his semen oblongum, quodammodo latum, luteum. Radices foris ex subruffo nigricant, intus candidæ, lentoque succo plena, in plures dividuntur propagines; quæ uti latè serpent, ita subinde progerminant. Tam pertinacis hæ sunt vitæ, ut quantulacunque earum relicta pars, stirpem non raro prognat: sed hyemem acriorē non fert, alioquin perdurat, floret, & semen fert. In Monspelieni agro inter oliveta sponte sua provenit, alibi hortensis est. Haec tenus de branca ursina, de qua forte rectius libr. 6. inter carduos. Ad acanthum arborem sive acaciæ, quam corona-riam dixi plantam, revertor. De hac Aegyptii, ut refert Athenæus, hanc fabulæ narrare solent. λέγεται δὲ τις μῆνος τὸν τοῦ Αἰγυπτίου, ὃν οἱ Αἰγυπτοὶ τελέσθησαν εἰς Τροίαν τὸν Τιθώνον, ἵπτη πηγανοὺς τὸν Μέμνονα τετέλεσθαι εἰς τὸν τοῦ πίστης τοῦ φίλου αἰετῶν ἵπτη τὰς οὐρανάς. Εἰ δὲ τὸ θερινὸν τὰ μάνια στρατοῖς, μέρον τὸν τοῦ φίλου. Hanc Aegyptii fabulam narrant. Άθιοπας τὰ Τίθονο missos Troiam (ut sub Memnone filio suo, qui Priamo auxilium tulerat, militarent) cum Memnonem audissent mortuum esse, eo loci coronas abiecisse in spinas, idéoque ramos eorum floribus onustos esse coronas similes. Hæc causa cur acacia flores usum in corollis acceperint. Quamquam verior videatur ratio, quod pulchri admodum sint. Florem hunc Theophrastus medicamentis utilem admodum scribit. Hodie fructus succo, acaciadista, & gummi utuntur, adversus dysenteriam, cæliacam passionem, omnemque alvi fluxum, & choleram.

Πίστη τὸν τοῦ πίστης τὸν τοῦ φίλου. De spinæ arboris gummi lib. 9. cap. 1. agit Theophrastus: videat lector quæ capite citato à nobis dicuntur, & annotantur. Plin. loco citato, *Manat & gummi ex ea, sed præcipua utilitas, quod cæsa tertio anno resurgit.* Gummi hoc Marcellus empiricus Acanthinon vocat cap. 14. & 20. Gummis (ita codices habent) acanthini quod ex vermiculis qui illuc sunt verum docetur, denarios sex. Dioscorides, ut lib. 9. dicam, gummam acaciæ

Acacià.



acaciæ vermiculatum docet. Hic ex vermiculis verum cognosci vult, quod est præter Græci auctoris mentem. Galenus Thebaicum vocat lib. *τετρατόνος*. cap. 7. quod circa Thebas, ut supra ex Strabone & Stephano dixi, plures acaciæ reperiantur arbores. Officinae Arabicum gummi vocant. quod à Serapione aut ejus interprete habent.

πολὺ τὸ δίδυμον. Plin.loco citato , circa Thebas hec , ubi
G quercus , G persica G oliva ccc. a Nilo stadiis sylve-
stris tractu. G suis fontibus regno. Scribe ex Theophrast.
ubi G quercus G persica , G oliva. nisi placeat Plinium
perseam & persicam confundere , ηθανούς νέους agrum
Thebanum vertiri Theodorus : nialo præfeturam inter-
pretari. Id siue quia Plinius lib.v cap. ix. summa pars con-
termina Aethiopie Thebais vocatur. Dividitur in præfectu-
ras oppidorum , quos nomos vocant , Ombiten , Phatnitren ,
Apollopoliten , Hermonithen . Arborem acaciæ luculenter
Alpinus describit his ferè verbis.

„Acacia, quam Sant Ægyptij appellant, in Ægypti
„locis à mari remotis nascitur, hujusce arbores copio-
„sissimi in montibus Synai, penè rubrum mare positis
„proveniunt. crescentque ad mori magnitudinem, ra-
„mōsque sursum latiū expandentes. quod etiam Dios-
„corides ad monuit, dicens, arborem non in rectum se at-
„tollere. Caudex quanta est pruni magnitudo cernitur,
„corticē nque habet nigrum, asperum, multis acutissi-
„mis spinis munitum, arbores quæ in prædictis monti-
„bus spectantur, spinis albis horridissimæ existunt, af-
„perrimōque cortice truncus cernitur, folia oblonga,
„parva, mnutissimæ incisa habet, tanaceti proxima, &c
„flores parvos, pallidos, subflavos, atque etiam albos, ro-
„tundos, parvos, lance floccos imitantes, platani fructi-
„bus formæ planæ similes; his tamen longe minores, &c
„nihil aliud flos hujusce arboris viderur quam mollis la-
„nugo, parvum rotundumque globulum efformans, non
„ingrati est odoris. Quæ Cayri aluntur flores habent
„flavos vel pallidos, & quæ sunt in montibus Arabiae al-
„bos: ex floribus siliquæ lupinorum cœmula proferuntur,
„ipsiæ verutamen minores, in primis virides, & mox
„nigræ apparent, quæ semina dulcium siliquorum sunt
„similia, & in siliquarum folliculis sunt inclusa, folia,
„flores, ac fructus gustum asperitate multa & stipititate
„ferunt. ex im naturis siliquis, viridibus succum expri-
„munt, quem coquunt, ut indurent. nonnulli etiam ex
„foliis, floribus imperfectis suc cum parant, sed est hic

„ bonitcte inferior. Cayri coriarii ad denigrandas pel-
les, multam copiam hujuscē succi absumunt. Hujus
„ arboris mas atque foemina reperitur: mas quidem spi-
„ nis est horridus, fructus non edit; foemina spinis paucio-
„ ribus, mollioribūsque referta est, eaque intra ramos
„ non habet, sed tantum extra. que arbor est fecundissi-
„ ma, florere que orientibus Pleiadibus, Novemb. mense
„ incepit, & rursum iisdem occidentibus scilicet mense
„ Martio. Bisque in anno fructum fert, atque maturat.

ixij. n. Ædæla. Hoc loco oleæ Historiam enarrabo. O-
leam Græci fabulantur Athenis, terra aquis adhuc obruta,
primum emerisse; cum de loci principatu certaretur
Pallas & Neptunus, loci illius amicentate capti. Iupiter
controversiam diluens, pronunciavit eum potitûrum domi-
nicio, qui de civitate melius meferetur, eamque pluri-
mis ditaret opibus. Neptunus hanc portu & navalibus
ornat (alii tamen Neptunum tridenti percussa tellure
equum creasse scribunt, bello aptum animal. Virg. I.
Georg.

Tuque o cui prima frementem
Fudit equum magno tellus percussa tridentis
Neptune.)

Minerva in Acropoli oleam jacta hasta excitavit, fructicosam, fertilem pacis insigne, equo aut nave hominibus utiliorem, qua se coronans omnium calculo vinctrix est salvata. Virgil. loco citato.

*Ad sis ô Tegeæ et favens, oleæque Minerva
Inventrix.*

Ευριπίδης Τραγ. Αct. 3.
εἰς ἐπικεκλιμένας
τοις ιεροῖσιν ἐλάταις,
ὤ τον ἐδειχε κλάδον, γλαυκᾶς, Αἴγαρ
σίνιον σεφανον,
περαίστησθομον Αἴγαραις.

*Quæ invocatæ
Sacrī littoribus olivæ,
Primum ostendit ramum eæsiæ, Palladii
Sacram coronam.
Splendidus ornatum Atheniæ.*

Horum versuum interpretatio sumi debet ex antiquissima, à nobis allata fabula, quam non facile alibi integrum reperies, quam apud Cassianum Bassium, lib. 4. cap. I. ubi ait. ἐλάσια παιρῆδες φυσίαν εύτες. τῆς γῆς ἀπόλοντος αὐτοῦ οὐδὲπι καλυπτομένης, πεποντὸν ἡς Αθήνας αἰναφεστίσας, Αθηναῖς καὶ Ποσειδῶν ἐργάζετο τοῦ τόπου ἀμειδαν εἶχε πάντα πολὺ ἐπὶ τῷ τοῦ τοιούτου οὐδὲποτε. Σωεὶς ἡ ἀρμοτορέων τὴν ἐθνικὴν βουλητῆς διαλύσει, Φυσίαν, ὃς ἂν καθέλετο τῇ πόλει κατῆμε επιδίδῃ, οὐτοῦ ἐργάτη τοιούτου. Ποσειδῶν μὲν οὖν λιμόν καὶ γεωργίας πεύκην ἔγειρε. η δὲ Αθηναὶ ἐλαῖαις σὺν τῷ αὐτορρυθμίας αἰνεῖσθαι, ἐνθυμηταὶ καὶ ἐνθυμητοὶ, καὶ πάντη σεφαινωμέναι, καὶ τῶν πάντων ὀργάζεσσαι, γενίκηται, καὶ εἰς ὑπερεξη πεποντη τοῦ πόλεων Αἰγαίας πλευρομετρεῖ. η τῆλεσσα οὖν ὁ ποσειδῶν, ὑπερεξηστὸν εἴς τὰ συνήδητα. οὐ καὶ τες πικάντιας εὐαθλοῖσι. τοιποῖς τε φαντασίασσον δι τῶν αἰγάλων εποπταῖς. Olearum hoc modo producunt esse ferunt, quum terra tota ab initio aqua cooperata esset, priusque omnium Athenæ apparerent, Minerva & Neptunus loci amore capti contendenterunt inter se utrius nomine civitas isthic conderetur. Iupiter autem item inter ipsos dirimere gestiens, praconio edicere uisit: quod inter ipsorum optimam possessionem urbi praeberet, ille ipse hanc obtineret. Neptunus igitur portibus & navalibus ipsam exornabat. Minerva autem oleam in arce produxit floridam & fructuosa-
m, & ex hac coronata, & ab omnibus conspecta, vicit, & de nomine ipsius urbem Athenas nominarunt. Vicitus itaque Neptunus ad consueta munia secessit. Verum ab hac victoria, etiam certaminum victores ex oleastro facta corona coronant certaminum arbitrii & inspectores. Alii pastorem Aristæum oleam invenisse referunt. Cicero lib. 3. de Nat. Deor. quid Aristæus, qui inventor olivæ dicitur Apollinis filius. Diodorus Siculus lib. Biblioth. Mercurium oleam invenisse refert, Aristæum autem ejus cultum hominibus demonstrasse. καὶ τῆς ιδιαῖας δὲ τοῦ φυτὸς ἕμενον περιεῖν, αὐτὸν οὐτοῦ ἄλλας φυτα. Ipse (Mercurius) non Minerva ut Graci contendunt, oleæ plantam invenit. Idem lib. v. Αθηναὶ δὲ αρεστοποτοῦσι τὴν τοῦ ἐλάσιαν γέρεσσων, καὶ φυταῖς ταῦθιδινον τοῖς ἀδράποις. καὶ την τοῦ κηρυκοῦ τούτου κηπεργασίαι, ταῦθιδινον την θεόν, ταῦτα τὸν αἴρεις μετὰ τὸν θεόν την δέσμων μὲν τῆς ἀλιτρᾶς αἱρεῖς υἱός την μὲν τοι γεπραλειας ταῦτα εὐκ οὐτας, καὶ την ἐπικηριαν τὴν ἐπ καὶ την περιεστην τοῖς τούτων. Minerva oli-

varum culturam & plantationem oleive expressionem tradidit. Nam ante hujus Deae ortum fuit quidem hoc genus arboris ceteris sylvestribus immixtum, sed cultus quo nunc afficitur & ius nondum erant. Idem lib. iv. ubi de Aristaeo loquitur. τονταν ἡ πόλις τῶν νυμφῶν μαθήτην, (loquitur de Aristaeo) τούτη τοῦ πράσινοῦ πεπίστη, παῖδες τῶν σπουδῶν, ἐν ἡ τὸν ἵλαιον τὴν κατεργασίαν διδέξαν πεώτων τοὺς αὐδρόποτος. A Nymphis ergo coagulationem lacticis, & alvearum structaram, olivarumque cultus edocet, primus illa cum hominibus communicavit. Refert Herodotus in Terpsichore quibusdam temporibus, apud neminem nisi Athenienses oleam fuisse repertam. Epidaurii enim cum ex oraculo Apollinis Delphici statuas erigere Damiae & Auxilias jubentur percunctati sunt, æneafidia lapides erigerent, cum respondisset Apollo ex olea domestica, ad Athenienses configureret. οἰδέστε Επιδαύριοι Αἴγαιοις, ἡλιας οφιδούντας πεπίστηται, ισχετάτες ἢ ικετεύοντες εἶναι, λίτεται δὲ ἀστέλαιας ἔπειτας ἄλλοι γῆς οὐδεμιοῦ καὶ τούτοις ὁ θεός οὗ Αἴγαιος. Rogarunt igitur Athenienses Epidaurii oleam cedere permetterent, cum maximè sacras illas arbitrarentur, ferunt enim per id tempus nullibi nisi apud Athenienses extitisse oleam. Athenis antiquissimam extitisse oleam tradit Theoph. lib. v. hist. Variè admodum de oleæ inventione scribunt veteres; in eo convenient omnes, Minervæ gratam fuisse. Plin. lib. 16. cap. 44. Athenis quoque olea dura re traditur in certamine edito à Minerva. Tertullian. de corona Milit. Quin & olea militiam Minervæ coronat, non solum artium, sed armorum quoque Dea. Palladi dicata propter multas causas, & quidem præcipue, quod uti hæc frons semper viret, ita oleum quod inde exprimitur, præter ceteros liquores, τὸν αὐτοτόντον διὰ ἀλλού ὕρεον, αἷλα καὶ οὐδὲν άλλο μένει, prædictum est germana quadam vi, tempestivumque manet ac sincerum; ut Phormit. minor ait. Olea plures, melioresque fructus proferet, virginea si lata fuerit manu. Puritatis enim & castitatis amantissima, labisque nescia. Quam ob causam virginem maximè convenire ajunt, ut quæ castitati adhæret. Valer. Flaccus lib. 3.

Tempora tum vittis, & supplice castus oliva.

Implicat.

Cassian. Bassus lib. 9. cap. secundo, ubi de oleæ cultura agit. καθερζοῦ ὅπεις ή ἱλαια, βούλεται καθερζοῦ εἶναι καὶ τοὺς δριπόντας (Ms. καθερζοῦς) εἰπεῖν, καὶ ὅμηντα δῶν μόνης τῆς εἰσποντῆς αφικνεῖται, τὸν αὐτὸν διεργατας εἴνεις. ούτα τῷ καὶ φασὶ ἡ εὐ αἰλαζοῦ (Ms. εἰν αἰλαζοῦ scribe εἰν αἰλαζέβο) τῆς κατακλιτας παιδιας αὐγοῦς μαργαρίτην ἡλαιαν, καὶ Διὸς τοῦτο εὐφορεταπεινας παρ' ἄντοις ἡλαιας (Ms. Palat. καὶ Διὸς τοῦτο εὐφορεταπεινας τῷ παρ' ἄντοις ἡλαιας) At verē pura cum sit olea, puros etiam vult suos collectores (cultores, ita Ms.) & jurare quod à sola propria uxore veniant, & non ab alieno cibili. Sic enim & in sequenti tempore plurimum fructū exhibebit. Ferunt sanè in Anazarbo Cilicie pueri castos olea collere, & propterea oleam apud ipsos fertilissimam ac fructuosisimam esse. Palladius lib. I. cap. 6. de re rust. Græci jument olivam: cum plantatur & legitur, à mundis (in antiquo anno 1482. excuso Regii male undū legitur. Mundis legendū ex Cassiani loc. cit. apparet) pueri atq; virginib; operandum; credo recordati, arbori huic esse præfule castitatem. Eandem ob causam oleæ amicitia cum myro, inimicitia cum vite habere tradidit veteri etas. Myrtus grata Veneri, sed casta, purpurea; ingrata impudicae ac impura. Vitis Baccho ebrio ac temulento dicata, castitatis omnis inimica. (rationes Philosophicas cur inimicitia inter vitam & oleam, contra amicitia inter myrtem & oleam, perte ex libr. 3. de caus. plant. cap. 15. vide comment. vide annotat.) Altera causa cur Palladi dicata olea hæc est, quod oleo & lucernarum lucubrationibus omnes artes ac disciplina, quarum Minerva dea, perdiscantur. Martianus Capella.

Hinc jam vernicomæ frondent tibi munera olive,
Artes cura vigil per te quod discat oliva.

Ad omnes artes, disciplinasve olea utilis & laudata. Platonis oleum εἰς πόνον αὐτῷ λύει, laborum subsidium & adjumentum hominibus datum, asserit. Oleum foris adhibitum non tantum dolores lenit, sed membris agilitatem, vigoremque præstet; nec solum eo corpora perfusa nitescant, sed robur etiam acquirunt, & ad obeundos labores redundunt habiliora. Hoc Regius Prophetæ Psalm. 104. indicat, ubi Deum opt. max. ob hujus aliarum rerum munificientiam in immensum extollit, his ferè verbis. Ipse est enim qui germinare facit sœnum & gramina jumentū, herbas in usum hominum, panem ut vires augeat & confir-

met, vinum ut cor hominis lœtificet, oleum ut in eo corpora niteat, ac vires concipiatur.

Tu Pater aërios montes campisque jacentes
Nectare caelesti saturas, facundaque rerum
Semina vitales in luminis erigis oras:
Vnde pecus carpat viridis nova pabula fani:
Vnde olus humanos geniale assurgit in usus:
Quæque novent fessas Cerealia munera vires.
Quæque bilarent mentes jucundi pocula vini,
Quicque bilaret vultus succus viridianis olivi.

Huc spectat illud Plinii. Duo liquores humanis corporibus celeberrimi, intus viri, foris olei: sed præstat cum Demosthene plus olei, quam vini consumere. Hic cum significare vellet se sobrium in studiis multas noctes vigilias absumpsiisse, multumque luminis trivisse, dixit, plus olei, quam vini consumpsi. Recte Philo πτ. αὐτὸν διεῖ ποιεῖται, labore corporis sanat. Unguentum ex oliva factum non parvum est viribus additamentum, ipsa olea fortitudinis symbolum; oleum enim, five olea & oliva olympica robustis robur addere traditur, Theocr. eidyl. 8.

Κορύδων

Οὐκ ἄκουσος ἀγωνινέπ' Αλφεὸν ὥχετο Μίλων.

An non audivisti? Nilon ipsum ad Alpheū abduxit secum.

Βάτης

Καὶ πόνα την τελευτὴν εὐφρατον οπώπει.

Et quando ille unquam oleum oculis suis vidit.

Κόρυδων

Φαυτίνη Ηρεμηλη βίλε καρποτελεστέν.

Ajunt ipsū vel cum Hercule viribus & grobore posse certare.

Et hæc altera ratio cur Palladi grata olea. Tertia peti debet ex Phurantio quod oleum semper in vigore sit, & glaucum præ se ferat colorem, adulterarique alio nequeat liquore. Sed hæc primæ rationi adnecti potest, & ad eam pertinet. Merito itaque à veteribus in pretio habita fuit. Tanti etiam Athenienses oleam fecere, ut in eorum victoriis solemnibus, ludisque corona ex olea donum & gestamen fuerit, victoræque insigne. Plinius lib. 15. cap. 4. Athenis victores olea coronant, Græci vero oleastro Olympiæ. Olea qua coronantur victores, ισχεται, καλιστέφανος & μοσχα dicta fuit. Pollux libr. I. εἰδὲ μεφυτόσος τὸν πεπίστην μοσχον αἵλαιην κοπιάδες, ή ή ισχε μοσχα, ή δὲ οἱ διαμικτοὶ καλιστέφανοι. πάντα δὲ τὰ μεφυτόντα τοῖς αὐγέσιοις καλιστέφανοι. Hesychius μοσχα ἡλαιας ισχεται τῆς Αἴγαιας. Suidas. μοσχαί ἡλαιας ισχεται τῆς Αἴγαιας. ηδὲ τὸν ἡλαιον ἐπαθλον ιδεῖται τοῖς τικτον τὰ παναθηναια. ιδεῖται δὲ πεπίστην αἵλαιην, αἵ μεφυτόντα τοῖς αἰχμηπολεμοῖς εἰς Ακραδημαῖς ητον δὲ τὸ μοσχον η τὸ φέρον τὸ Αλιρροθίου αἰρομεθεῖσαν οὐτας, η ὅπις μεφυτόντα τὸν οὐρανον τὸ ἡλαιον τὸ ιδεῖται Αἴγαιοις ἀπαντεις τῆς η μοσχας ισχεται οἱ σέληνος, σηκός ηγελέτω. Morias sunt oleæ Minervæ sacra, haec in certaminis præmiū dabantur victoribus festi Panathenæi: harū duodecim ex arce urbis in Academiam transplantantur sunt. Siquidem vel à fato seu cæde Alirrhotiis, vel quia illis temporibus oleum divisorunt, & partiti sunt Athenienses. morias, id est, partialis hujus ratus seros appellatus est. παναθηναια festum fuit, quod singulis quinquenniis celebrabatur. Idem Suidas. παναθηναια Αἴγαιας ισχεται τῷ τιντο Θήσεως μεμονδρίη συνοικισμῷ. πεπίστην τὸν Ερεχθίον τὸ Ηφαιστον η τὸ Αἴγαιας. οὐτας τὸν Θήσεως συναρτεῖσαν, τὸν δίμους εἰς αἴσιν. ισχεται η αἴσιον Διὸς πάντει τοις, καὶ οἴσιον ζεται παις ιδειμα, οὐ πεπίστησαν, η αἴσιον η τὸ αἴσιον τὸ διόντον διδον αἴσιον ηλαιον αἴσιφορον, η τὸ οὐκαν τεφασται ιδαις πλεκτή. Panathenæa est festum habitum à Theseo cum Athenis habitaret. Prismum habitum fuit ab Erichthonio Vulcani Palladisque filio (de Erichthonio vide Servii comment. ad hunc Virgil. versum. 3. Georg. Primus Erichthonius currus & quattuor aufus.) Postremum à Theseo cum populum (Articum) cogeret (ex vicinis oppidis) in urbem anno quolibet quinto hoc festum celebratur, hoc certamen agit, puella Isthmia, imberbis, & vir, senior excluditur. Veteri datur præmium olea, eamque circumferunt, victoriique ex eadem corona imponitur. Ad hoc alludit Seneca, in Herc. furent.

Teramus olea & fronde gentili tegat Theseu.

Ad.

Ad hujus certaminis imitationem Virgil. lib. 5. Aeneid. ludum sive certamen curule instituit, in quo tres priores oleaginea corona coronabantur.

tres præmia primi
Accipient, flavaque caput necetur oliva.

Non tantum Athenienses vñctores olea coronatos prodidit antiquitas, sed etiam aliis Heroibus, victoribusque coronam ex olea factam, eadem tradidit. Refert Diætys Cretensis, Græcos Achilli & Aiaci coronam ex olea ob hostium vñctoriam, prædámque ab iis reportatam donasse. Idem capitibus Themistoclis & Euribiadis ob insigne Xerxe acceptam vñctoriam oleagineam seruum impositum fuisse tradit. Quintus Fabius Rutilianus equites Romanos equis infidentes, oleaque coronatos idibus. Quintilibus (qui dies clades Latinorum fuit, quo die Polluci & Castori sacra faciebant) ab æde honoris, in capitolium transire & transebant statuit, ordinis ejus recognoscendi, & probandi gratia. Ex his Plinii locus facile intelligi potest lib. 15. cap. 4. Olea honorem Romana majestas magnum præbuit, turmas equitum idibus Iulii ex ea coronandos. Item minoribus triumphis ovantes. Athenæ quoque vñctores olea coronant, Græci verò oleastræ Olympiae. Non tantum certaminis præmium, vñctoriaeque insigne olea, sed etiam pacis symbolum. Aeneam ad pacem impetrandum ob tempestatem olea coronatum describit Virg. 5. Aeneid.

Ipse caput tonse foliis ornatus olivæ
Stans procul in prora, pateram tenet, extaque sallos
Projicit in flumus, ac vina liquentia fudit.

Idem lib. 7. Aeneid.

Centum oratores augusta ad mænia Regis
Ire jubet, ramis velatos Palladis omnes,
Donaque ferre viro, pacemque exposcere Teucris.

Idem de legatis Latinis occisisos petentibus ad sepulturam. 11. Aeneid.

Iamque oratores aderant ex urbe Latina
Velati rami oleæ, veniamque rogantes
Corpora per campos, ferro quæfusa jacebant
Redderet, ac tumulo fineret succedere terræ.

Et quidem hanc ob causam Tertullianus de Coron. Mil. olivam vocat, mitem, opimam, necessariam. Hi etenim oleæ rami ferebantur, οὐτοις ἀσθενοῦς Εἰλέντων χρεῖα. καὶ φιλοὶ πάνται τῷ ιερῷ οὐκ εποφέων φυτῶν, ut admoveantur homines agricolationis, εἰςque parsimonia que est circa arbores mites. & frugiferas; Oleam pacis insigne fuisse primo, ut ita dicā, seculo, docet sacra pagina. Nam Moses Geneseos cap. 8. refert Patriarche Noacho desinente defluvio, defluxis ac desinentibus aquis, columbam attrulisse olivæ fruticem, mitigatae iræ divinæ argumentum. Ob hos aliosvè usus olea apud veteres, præcipue Athenienses tanta fuit in estimatione, ut si quis aliquam oleæ arborem vel surriperet, vel discinderet, in iudicium vocaretur, & pro sacrilegio condemnaretur. Lacedæmones de vastatis igne & ferro Atheniensium agris, solas oleas intactas reliquerunt, tam ob plantæ venerationem, quam poenæ timorem. Athenienses enim, tam amicos quam inimicos qui oleam violassent, persequerantur. In profanis usibus, ut inquit Plinius, oleam polliuias non erat, ut ne propitiandi quidem numinibus accendi ex ea altaria, aræque debeant. Εἰδία vel iolæ non tantum apud Græcos arboreum, sed etiam arboris fructum significat. Suidas iolæ τὸ δέρδεγον. iolæ δὲ οὐκ πρόπτες. Sic etiam apud Latinos oliva & olea fructum arboræque denotant. Columel. lib. 11. cap. 2. Tum & olea distingueda, ex qua velis viride oleam confiscare. Virg. 2. Georg.

Sed truncæ oleæ, melius propagine vites
Respondent.

Columella pro fructu, Virgilius pro arbore posuit, ut plurimum tamen olea de arbore, oliva de fructu diciatur. iolæ dicit am volunt δὲ & iolæ misericordia. Suppliantum enim & pacis symbolum est, Allii iolæ δέρδεγον λέον, deducunt, quod est lœve, lubricum; quod producat id quod maximè lœve & lubricum est, oleum videlicet.

germen oleæ Græci iolæ appellant. Vide cap. 3. lib. 2. Pollux lib. 7. οὐδὲ τῆς αἱμητῆς κλαδὸς κλῆσα, οὐδὲ τῆς εἰδοῦς ιούς (ita scriptum reperio) αὐτὸν καὶ φοίνικας αὐτὸν. Ramus vero lana obvolutus, arborum fructibus circumpendentibus, qui ante pinnas aedium suspensi erat solitus, in honorem Apollinis, ad famam arcendam, ex oraculi præcepto, εἰρηνὴν vocatur. Suidas εἰρηνὴν κλαδὸν λόγοις πεπληρώθη. Ιερόποτος δὲ αὐτὸς παρὰ πάντας εἰρηνὴν εἶναι τὸν εἰρηνῆν τοῦ θεοῦ καὶ παλαιὸν χρημάτων δὲ πᾶσα φροντὶς λόγοις πάντας τὸν γῆρακ καλεῖται, οὐδὲ εἰπεν εἰρηνῆν τοῦ θεοῦ, τὸν τοῦ θεοῦ θυσίαν Αθηναῖον. Plura de hac voce qui velit, legat ipsum Suidam, & Plutarchum in Theseo. Flos oleæ βρένος dicitur, & olea dum floret βρένος dicitur. Pollux libr. 1. καλίστη δὲ τὸ βρένον ἵπποις. Nucleum sive πυρῆν. Suidas, συνηλούν vocari tradit. συνηλούν, σύνηλον εἰς τὸ μήτηριν τὸ τῆς ιλαῖας οὖν, τὸ δὲ ὄχη τὸ λίπον ηγέτον, stippon vocatur os oliva, stippon verd unde linum colligitur. Idem nucleus vocatur etiam κύκνος. Helychius κύκνος οἱ πυρῆν τοῖς ιλαῖοι, id est, cocconos vocante olearum nucleos. Qui oleas colligit legulus appellatur, Constantinus leguleū nuncapari contendit, cum tamen apud Catonem cap. 64. & Varro. lib. 4. & 5. de linga Latina constanter legulus legatur, Pleraque aperta, ut legulus & vindemiator, alter ab oleis, alter ab uvis. Lib. 5. item à legendō leguli qui oleas aut uvas legunt. De olea variis in locis agit Theophrastus quæ suo loco examinata sunt. Hoc loco nonnulla de oleæ generibus adjungemus. Olea omnis in sativam & sylvestrem dividit solet. De sylvestri cap. 14. hujus libri agemus. Olivarum veteribus plura fuerunt genera. Pollux lib. 6. Columella lib. 5. cap. 7. quædam recentet. Pollux lib. 6. cap. 8. δρυπτεῖς ιλαῖας αἱμαδῖς. Εἰπεῖδες τὸν δὲ κοπιάδας ιλαῖας τρυμαλέους αἱμαδῖς φρεγεῖται. ιοκλοδῖον δὲ αὐτὸν καλεῖται. οὐδὲ οἱ νῦν θλαστοὶ πεπνοὺς οἱ Καστιγι. Primo loco, δρυπτεῖς ιλαῖας recentet. Oliva hæc à Galeno, si non mendum, libr. 2. de Aliment facult. cap. 27. δρυπτεῖς vocatur, δρύης μὲν πάντα & αὐτα τρεφθεῖσα διδασκαλία σύμμαχη καὶ μάλιστα οἱ δρυπτεῖς, exiguum admodum corpori alimentum præbent, maxime dryopetes. Contendunt alii, hanc olivam δρυπτεῖς vocatam fuisse, quomodo in scriptis Athenæi codicibus legitur, ut monet magnus Cœufabonus. Σπηλιαὶ δρυπτεῖς τοῖς ιλαῖοι. Nomen accipere, ut volunt, οὐδὲ τὸ πιπτεῖς εἰς τὸ δρῦς quod ex arbo-re cadant. (δρῦς, ut supra dixi, omnem denotat arborem.) An itaque δρυπτεῖς, oliva illa virtuosa, cuius mentio fit apud Plinii lib. 15. cap. 3. Tertia est culpa in parsimonia, quoniam propter impendium decerpens expectatur ut decidat oliva. Culpam inquit, quod cap. 1. lib. 15. dixerat; Quanto maturior bacca, tanto pinguior succus minis-que gratus. Optima autem ætas ad decerpendum inter copiam bonitatēmque incipiente bacca nigrescere. Nostri vocant drupas, Græci verò dryperas. Ita Romanis vocatas has olivas fuisse, testatur Athenæus. Σπηλιαὶ δρυπτεῖς τοῖς ιλαῖοι, πῶλοι Ρωμαῖοι δρυπτεῖς λιγνοι. Septem ac oliva drupetae, bas Romanæ drupas nominant. Idem Athenæus ischadas & gergerimos vocatas fuisse refert. ιοκλοδῖον δὲ τὸ δρυπτεῖς (ita codices habent) ιοκλοδῖον καὶ γεργελίους οἱ φοιτ Διδυμοὶ. οἱ χρεῖα δὲ τὸ φάσκει ιοκλοδῖον μέντον δρυπτεῖς. Didymus olivas drupetas afferit vocatas fuisse ischadas, ac gergimōs, & insuper drupetas non adjecta voce olivarum. Si verum quod Plinius ait, δρυπτεῖς non dicuntur, quod ex arbore cadant crudæ aut nimium maturæ, optima enim inquit ad decerpendum. Si ergo, ut loquitur Plinius, decerpuntur, quomodo dici possint ex arbore cadere? An itaque δρυπτεῖς vocantur, οὐδὲ τὸ δρῦς καὶ πιπτεῖς, quod in arbore perficiantur, nec decerpantur antequam planè maturæ sint? Ita placet interpreti Athenæi, cum vertit, Didymus olivas δρυπτεῖς, id est, in arbore sua maturitas afferit, &c. Huic opinioni faciet lectio quæ in M.S. reperitur δρυπτεῖς. Hanc probat Suidas. δρυπτεῖς (forte δρυπτεῖς legendum) οἱ πιπτεῖς καρπὸς τὸ διδεῖσαν, οἱ ἐπὶ τῷ διδεῖσαν πεπνοῦσα ιοκλοδῖον οὐκ εἰσὶ δρυπτεῖς. τῶν δὲ λίπον δρυπτεῖς πιπτεῖς ιοκλοδῖον. Drypetæ, fructus arborum maturus, vel oliva in arbore matura reddita, quæ & ischadas & drypepa vocatur. sali præsulsa drypepa, id est, olea. ιοκλοδῖον maturam & siccatam esse dicunt, nemo inficias ibit. Hæc igitur ischadas oliva, quod matura. Priorem opinionem, quam improbare Plinii dixi, probat Hesychius, δρυπτεῖς. δρῦς δερδεῖσα πιπτεῖς δρυπτεῖς, οἱ πιπτεῖς, quæ ex arbore cadunt crudæ. Suidæ sententiam improbat Plinius, cum optimam ait quando incipit nigrescere. Atqui jam nondum matura oliva. Ergo drypetæ, non est oliva cocta aut matura. Idem Plin. lib. 12. cap. 27. Deterius ex druppa: ita vocatur priusquam cibo matura sit, jam tamen colorem mutans. Contra Palladius, maturas olivas druppas vocat, quod ex Diosc. lib. 1. cap. 49. probatur,

batur, ubi de oleo conficiendo laurino agit. *τὸς δὲ ἀριθμούς*
ανδράτερας Δέκα τετραδιάδημα, οὐτε δέκατην (ita, ut supra
dixi, apud Galenum legitur) *ιερόδειντος τετραδίδημα*. Palladius lib. 2. tit. 20. Item ex lauri bacca oleum conficietur
hoc modo. lauri baccas quamplurimas, & maturitate tur-
gentes, in aqua calida bullire facies. *Δρυοπετής* baccas vertit
maturitate turgentes. Vidimus varias auctorum opinio-
nes; cui major fides, Plinio ne an Hesychio, an vero Sui-
dæ, an Palladio? Hi quomodo conciliari possint vix vi-
deo. Quorundam opinio est, antiquissimos pro optimis
habuisse, quæ verè erant *δρυοπετής*, ob maturitatēm deci-
duæ, quod plus pinguedinis haberent, quamquam oleum
sapore minus præstare: cognito autem errore, recentio-
res nomen retinuisse, ac *δρυοπετής* vocasse, quæ paulo ante
maturitatēm decerpuntur, quod & multum pinguedinis
habeant, & sapore illud oleum præstet. Gal. loco citato,
ἄριθμος τετραδίδημα τετραδίδημα λιπαρός, οὐτε τετραδίδημα καρπούς οὐτε ξυλούς. Porro quemadmodum dryopete pinguedinis ha-
bent plurimum, ita & (columbades) succum adstringentem.
Fortassis inter *δρυοπετής* & *δρυοπητής*, vel, ut apud Diosc. &
Gal. legitur, *δρυοπητής* distinxerunt veteres, ac quidem
δρυοπετής vel *δρυοπητής* vocarunt, quæ maturæ in arbore e-
rant, *δρυοπητής* quæ immaturæ cadebant, & decerpeban-
tur. Olivas pro ætatis ratione aptas, vel ineptas fuisse his
verbis docet Plinius loco citato; *Ex eadem quippe oliva*
differunt succi. Primum omnium è cruda, atque non-
dum inchoatæ maturitatis: hoc sapore præstantissimum.
quoniam & ex eo prima unda præeli laudatissima, ac deinde per
diminutiones, sive (ut nuper inventum est) exiguis regu-
lis pede inclusa. Quanto maturior bacca, tanto pinguior
succus minusque gratus. Optima autem ætas ad accer-
pendum inter copiam bonitatemque, incipiente bacca ni-
gescere. Cato cap. 65. ubi docet, quomodo oleum vi-
ride fiat. *Ex quam acerbissima olea oleum facies, tam oleum*
optimum erit. Domino de matura olea oleum fieri maximè
expedit. Optimum, inquit, & præstantissimum oleum,
quo ad saporem, quod ex immatura colligitur oliva.
at vero, domino hoc non expedit, quia paucum illud est,
à copia domino maximus præventus ac redditus. Ergo
quamquam sapore deterius oleum illud, quod ex matura
oliva exprimitur; ideo tamen laudabile, quod inde do-
mino accedit plus emolumenti, ditiorque fiat colonus.
At ab olea quæ medio maturitatis est tempore, vel prope-
modum matura, & drupa vocatur, duplice nomine ex-
hilarat colonum, quod multum pinguedinis habeat, o-
leumque quod ex ea exprimitur sit sapore etiam præ-
stans. Hoc si verum, quomodo Plinius omphacium, sive
oleum viride, ut Cato vocat, deterius inquit lib. 12. c. 27.
quod ex drupa exprimitur. Respondent. Plinium hoc ha-
bere ex Catone male intellecto. Verba Plinii. Oleum &
omphacium est. (Doctiss. Dalecamp. legit. *Vnguentis idō-*
neum & oleum omphacinum est.) Fit quidem omphacium
duabus generibus & totidem modis, ex olea & vite: olea
adbuc alba expressa, deterius ex drappa: ita vocatur prius
quam matura sit, jam tamen colorem mutans. Differentia,
quod hoc viride est, illud candidum. Non & & Plinius o-
leum è drappa deterius inquit, sed respectu olei, quod ex
alba adhuc exprimitur: hoc enim præstat, quod ex im-
matura magis colligatur oliva. Idem cap. 6. libr. 19. o-
leum ex quam acerbissima oliva optimum fieri tradit, ta-
le est quod ex alba adhuc existente oliva exprimitur,
talis oliva acerbissima, quippe immatura. Non itaque
male verba Catonis accepit Plinius quæ ita habent. Oleum
viride sic facito. oleam quam primum ex terra tollito; si in-
quinata erit, lavito à foliis. (ita omnes codices, etiam anti-
quissimi. Scribe foris. Foria excrementa liquidiora,
sic dicta quod facile ferantur foras) & stercore purgato.
Postridie, aut post diem tertium, quam lecta erit, facito, o-
leam ubi nigra erit, stringito, quam acerbissima oleum olea
facies, tam oleum optimum erit. Domino de matura olea oleum
fieri maximè expediet. Si gelidia erunt, cum oleam coges,
triduum aut quadratum post oleum facito eam oleam si vo-
les, sale aspergi. Plinius, Oleum quam acerbissima oliva op-
timum fieri. ceterum quam primum è terra colligandam: si
inquinata sit, lavandam: siccari triduo satis esse. Si gelent
frigora, quarto die premendam. Hanc & sale aspergi. Re-
cte ergo Plinius verba Catonis accepit, recte oleum è dru-
pa deterius dixit, si *ρητόν π.* non & & accipias, quæ Plinius
opinio. Alioquin oleum quod è drupa, præstantissimum:
quod copia & sapore præstat: sapore autem solo, non co-
pia præstat, quod ex alba exprimitur. Et hactenus de
drupa. *Αὐτοῦ δὲ οὐτεπέδεις.* Ita ist vulgatis Pollucis co-
dic. Scribe, *αὐτοῦ δὲ οὐτεπέδεις: unum enim genus.* Vocan-
tur hæ olivæ vulgo *κρατητίδες.* Hesych. *αὐτοῦ δὲ οὐτεπέδεις*
εἰσὶν εἴς τι οὐτεπέδεις. *γραπαίδες.* Halmades etiam co-
lymbades olivæ vocantur, *Γραπαίδες* ex sinapi. Athé-

τάχεις libr. 4. ἐγένετο γένος οὐ πατεῖσα καὶ τοῖς εἰς αὐτότοις
βεβαιώσαντος, ἀπό τοῦτον αὐτούς οὐδείς εἶπεν, ἀλλὰ πολὺ πρόσθιας καὶ οὐσίας.
Veteres cibis usi sunt, edendi cupiditatem redintegrantibus, ut muria conditis olivis, quas columbadas vocant.
Κολυμβάδες dicuntur, τῷδε τὸ πολυμεῖνον, ab innatando, quod
conditur et suæ innatent. πηκτέδες δὲ τὸν ἄγριον, quod
oleo aut̄ muriae innatent. Πήκτεδον enim idem quod πολυμεῖνον
εἴσι. Hesych. μητρά, τὸν ὑδατανθέρα, τὸν πολυδέρα, τῷδε τὸ
πολυδέρα, οὐτε πολυμεῖνον. Unum ergo olivæ genus νεκτηρίου &
πολυμεῖνος. αὐτούς vocantur δὲ τὸν πολυδέραν sale^a Άρες enim Græcī-
s alī, vel ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ, quod muria conditæ sint. Cælius
Aurelianus chronic. pass. cap. 3. natantes vocat, *Vel olivi fructis vel natantibus*, quas columbadas appellant.
Olivæ quo modo condiantur, docet Cassianus Bassus
libr. 9. cap. ult. τοὺς πολυμεῖνον πολυμεῖνον τοὺς ἀρδούστους (in MSS. ὅτι τὸν αὐτὸν) αὐταῖς, καὶ σφέτερος τῷ πολυδέραν ὁποῖος, λαβὼν τὴν
τὴν εὐφύσιον μετὰ τῆς καρπαντῆς προσθέσθε, ἔπειτα τὴν βλαστούν εἰς μα-
ζὸν ἀγένον ὅταν μεταφεύσηται, θλασθῶσι. εἴτε πολύτριας (cod. MS.
palat. πολύτριας) ὑδατανθέραν φύεται, καὶ τὸν πολυδέραν, (idem φύ-
εται) εἰς πελάργυρον εἰσοισι τὸν ματανθέραν, καὶ μετατέσθε (idem μετατέσθε)
(μετατέσθε) πελάργυρον, ἵνα οὐδελός ξηρανθέσθων. (Ἐγερθεῖσται
idem) εἴτε αὐτούμενοις (idem αὐτούμενοις) εἰς τὸ ποδιόν,
πορφυρίαινον αὐλαῖον δράκον, καὶ τὸν δόστριαν ἔγχοντος (γεγένετος) κοπέ-
σθεὶς, μετὰ τὸν πολυδέραν γένεται. Εἰ βασάνον (Βασικόν) ἡ πολύτρια καὶ
καὶ τὸ πολυδέραν τὸ αὔγυστον καίτην. (πολυδέραν τὸ δέ τὸ αὔγυστον καὶ
τὸν πολυδέραν τὸ πολυδέραν) δέ τὸν πολυδέραν, εἴτε Φράγκος πο-
ρφυρός πολυδέραν (Φράγκος πορφυρός πολυδέραν) δέ τὸν πολυδέραν
τὸν αὐλαῖον πολυδέραν πολυδέραν πολυδέραν (πολυδέραν πολυδέραν) δέ τοι.
ἴνα μετὰ πλάνταν εἰς ἐλαῖαν μεταβαλόνταρα. ἀλλοι δὲ τὸ πολυδέραν
κλάνονται αὐτούς, εἰσβαλόντοι εἰς δοξίαν ιχνούς πολυδέραν οὐδείς, καὶ τα-
υτοτες πηγαρεῖς, οὐδὲ τοις αὐτοφεύγοντις, καὶ τοις αὐτοῖς εἰμάδορτες με-
ταλλαῖοις αὐτοφεύγοντις. πάντες δὲ τοις τοῖς καρπαντῆσιν τρέπονται.
Olivas appellatas columbadas plenai & perfectas quum in
vigore fuerint, una cum exhortu ex quo pendent accipi-
to, ac ut, ne fractantur ac contundantur in magnum vas
conjectæ cum deferuntur, diligenter prospicito. deinde frigida
aqua lotas, paulatim in umbra per diem unum in ca-
lati si ac cratibus vimineis siccato, & quo aequaliter sic-
centur leniter convertito. deinde præmisso in fundum
vasis salis tritis pugno, & postea muria congis qua-
tuor, cum aceti heminis tribus infusis, olivarum chani-
ces viginti immittito, & ubi expletum est vas, compro-
veto. liquor autem supremineat, & obtutatione per fer-
niculi fasciculum facta, vas obturetur. Ceterum muriam
ea gratia præinfundi oportere docimus, ut ne videlicet
olivæ dum immittuntur contundantur. alii cum teneri-
mis ramulis deceptas olivas, in vas marinam habens a-
quam immittunt, & ac dies quinque vel sex relietas
eximunt, & in vasa conjecta una cum muria, oblinunt
ac reponunt. Hæc autem omnia circa solstitium hybernum
fieri oportet. Alios præter hos etiam condidi modos
reperiet Lector apud Pallad. in Novemb. tit. 22. quem
adeat, si scire modos istos velit. Tria olivarum colum-
badum recenset Dioscorides genera. subfulvum, ni-
grum & torrefactum, quæ commode in duo dividuntur,
maturum & immaturum. Hodie maturas & im-
maturas condiri auctor Doctiss. Clusius. Immaturas, in-
quit, plerumque condunt per Hispanias & Galliam Nar-
bonensem, interdum etiam maturas & nigras præsentim
in Lusitaniam. Diosc. lib. I. cap. 139. η δὲ τὸ πολυδέραν
τὸ πολυδέραν, δυσοιλίτης, δύσπηρχος. οὐδὲ μιλαῖα καὶ
πτερίτης, δύσινθητης τὸ πολυδέραν μαχθος. ἀφτελοῦντος τοῦ αὐτοπίδεος
κεφαλαὶ, αὐλοῖς φρεγάταις ἢ καὶ καπταναῖσιν τομαῖς ἴστοι, καὶ ἀν-
θρακας πολυδέραν. Est porro oliva subfulva ac recens alvo in-
commoda, sed stomacho utilis, nigra vero & matura corru-
ptioni oportuna stomachoque avejā est, ac tum oculis mini-
mè convenit, tum capitis etiam dolores inducit. torrefacta
autem & illitanomas sifist, & carboniculos emarginat. De
olivis quas κοπτέδες vocant, supra cap. 3. libr. 2. satis ab-
unde egi, ubi fructus vocari φωλιᾶς dixi, de quibus in-
ferius nonnihil adhuc dicam. Sequuntur δλαστα. Has Pol-
lux ποιηναὶ à Poetis vocari tradit, ἀλλὰ τοῦτο δλαστα, τοις
ποιηναὶ εἰ καρπαντοι. Εἰ δλαστα δὲ δλαστα, εἰ ποιηναὶ ἀλλαγής Aristophanous.
quas contusas vocant, Comici pyrenas vocant. Oli-
vas contusas in Nesiis Aristophanous reperties. Corru-
ptus Pollucis codex. Aristophanous fabulam scripsit, quam
ποιηναὶ vocat. Scribendum ergo, εἰ ποιηναὶ ἀλλαγής, &c.
Idem inendum apud eundem Pollucem lib. 7. cap. 24.
reperitur. Recte libro decimo capite undecimo Ιρι-
νίδαι εἰ ποιηναὶ Αετοφάνους legitur, ut etiam lib. 9. ηδὲ
οὐδέποτε εἰ ποιηναὶ Αετοφάνους. Contusæ quomodo præ-
parentur ac serventur olivæ, docet Cass. Bass. libr. 9.
capite 32. λαβὼν διεῖδες τοῦ πολυδέραν τοὺς ὄγκωντος
διάδεις ἵνα ξύλον εἰς υδωρ θερμὸν βαλτεῖ. εἰτα τονεῖσθαι τοῖς οὐρανοῖς
καὶ σεργετοῖς, εἰπονταί αὐτοῖς μη πετεμέντος, μη κυριον εἰ κλω-
νιον μαρτυρεῖσθαι, εἰτα μετάλων γενοῦντο γλωσσης ποιεῖσθαι. Olivas an-
tequam maturæ fontes nigrescere ceperint, saniiores accipit,

*E*n ligno confractas, deinde in sportam transfers, & exprimit, addisque saltem non tritum, cum cumino & faniculis ramulis, deinde mittis in mustu, & operculo addito reponis. Ita in editis 5 in M.S. longè alia lectio reperitur. λαβάς ἰλαῖς — ἀλας μὴ περιμένους, καὶ τὸν εἶπον πληρῶση τὸ ἄγκυρον, καὶ ἐπῆρις ἀλας δεσμόφυτον, φρεστὸν μαργαρίτρων κλασίνοντος θάλασσαν τὸν εἰσερχούσαν ποτίναν, οποτέ πάσσοντος τὸν εἶπον πληρῶσην, εἴτε εἰδώλιον πληρῶσην, εἴτε εἰδώλιον πληρῶσην. In verbis his, καὶ τὸν εἶπον πληρῶσην τὸ ἄγκυρον, aliiquid deesse videtur. Nam non tradit qua re vas impleri velit. Scribe, καὶ εἶπον τὸ γλάσκον πληρῶσην τὸ ἄγκυρον, &c. Addisque saltem non tritum, deinde vas musto impleto, & impone salis pugnum, ac obtura ramulis faniculi. alii fracta oliva extra-hunt nucleos, & inspargunt saltem tritum cum cumino, & ramulis faniculi, deinde mustum bonum immittunt, & operculo addito reponunt. Nucleos eximi vult. An itaque θάλασσα etiam σίμφυλα dicuntur? Hesych. σίμφυλα τὰ πλαστικά (scribe πλαστικά vel σκηνικά) τὰ ἰλαῖς, διὸ τὰς απορίους ἰλαῖς, ή τὰς στεφάνας τὰ σκηνικά, recrementum olivarum tusarum. Nonnulli nucleo carentes olivas sic vocant, & quod ex tusa pressaque uva supereft. Geoponica autem lib. 6. cap. 11. σίμφυλα vinacea uavarum, & nucleos olivae docet, ιδίων δὲ γένοντο σίμφυλα οὐχ οὐσίαν τοὺς ἰλαῖς μέντος εἰσὶ (M.S. εἰσὶ) ποιητές, αἰδανούσι τὰ τούς σιμφύλαν γίγανθε. Ήποιούσι σίμφυλα στεφάνας τὰ σκηνικά ποτὲ μόνη γίγανθε σιμφύλα, (M.S. σιμφύλα) ποτὲ δὲ ἰλαῖς τὰς πλαστικά πλαστικά (M.S. πλαστικά). Verum, quod nosse opera preium est, stempyla non solum olivarum nuclei sunt, velut quidam existimant, sed etiam uavarum vinacei. Si rigitur stempylorum vox occurrit, ad rem subiectam adverte, & aliquando uine vinaceos, aliquando olivae nucleum, pyrenas alia Græcis dictum, accipe. Malunt alii τὰ σίμφυλα exponere de uavarum ac olivarum recrementis ac reliquiis. Quorum opinionem non improbo, & idecirco apud Hesychium non πλαστικά, sed πλαστικά lego. Gal. 2. de Aliment. facult. καὶ δὲ σίμφυλα, τὰ σέρεα λοιψά τὰς σιμφύλας, ιστιδίας εἰς τοὺς λιμεῖς σκηνικά, πάς δὲ χυλὸς αὐτῶν, δὲ καὶ αὐτὰ συντέθεσθαι εἰς πήσιον οἱ ἀρχαριοι, σφιλονέτες τὸ πλωστὸν ιχνεῦσι, σομαζόντες τεύχα αυτῷ τούτῳ ὅπερ εἰσὶ σιμφύλα ικελίσσεται. Voco autem stempyla solidas uine reliquias, cum in torculari succus ipsius omnis prorsus expressus fuerit, quos etiam homines in dolis componunt stupratis ipsas validas ac constringentes, appellantque id ipsum τεύχον, id est fascem, quod ego σιμφύλον appellavi. Suidas, σίμφυλα πλαστικά τὰς σιμφύλας τὰς ἰλαῖς, οἷς διὰ ὄφου ἐξεργάτη. Excrementum uine, olivarumque, quibus in observationis utebantur. Idem Arist. scholast. in nubibus. σίμφυλα κυριοι λέγεται τὸ διπλοτεματο τὸν ἰλαῖον, καὶ πλαστικά τὰς σιμφύλας εἰπεῖν σιμφύλα, καὶ τὰ πλαστικά εἰπεῖν ἰλαῖαν. Athenæus lib. 2. Deipnosoph. Αἰγαῖοι δὲ τὰς περιμένας ἰλαῖας σίμφυλα σκέλων βρύται δὲ τὰ σφιλονέτα σιμφύλα, τὰ σκηνικά τὰς σιμφύλας. Athenienses olivas tritas σιμφύλα vocant, & que nos vocamus stempyla βρύται, πινίριμον expresso retrimenta. Ex hoc Athenæi loco probatur olivas contusas a Græcis σιμφύλα dictas. Objicit quis, τὰ σιμφύλα esse olivas nigras. Idem enim Athenæus loco citato ait, σιμφύλides δὲ αἱ μίλαναι. Sed idem & θλαστὲς nigras ait. τὰς δὲ θλαστὲς μελαῖς οὐδουμεντούσι εἰναι. Contuse que nigrae ventriculo magis convenient. Propriè tamen migræ olivæ maturæ; virides, quæ immatura; albæ, quæ mediae sunt inter virides, & nigras. Fallitur vir magnus, cum albam olivam diversam olivæ speciem putat. Alba enim est, propter differentiam ætatis baccæ in arbore sua, quæ omnibus speciebus est communis. Hoc probatur ex Catone cap. 117. Oleæ, inquit, albæ quemadmodum condiantur; antequam nigrae fiant contundantur, & in aquam dejiciantur. Idem cap. 119. Epityrum album, nigrum, variumque sic facito; ex oleis albis, nigris, variisque nucleos rejicito. Columella lib. 12. cap. 47. albedinem tribuit, orchitæ, radiolo, regiae; Olive, inquit, poseæ (ita antiqui codices) cum jam decolorantur, antequam mitescant, cum petiolo leguntur, & oleo quam optimo servantur. — Oliva pausea vel orchitea cum primum ex albo decoloretur, siisque luteola, sereno cælo manu defringitur, & in vannis uno die sub umbra expanditur. Idem cap. sequenti. Pauseæ baccæ, vel orchitea non nullis regionibus etiam nœvæ conviviorum epulis preparantur. Has igitur cum jam nigruerint, nec adhuc tamen permaturæ (antiquiss. præmaturæ) fuerint, cælo sereno distingere manu convenit, lectasque cribrare & secernere, quecumque maculose, seu vittose minorisq; incrementi videbuntur. Alba itaque oliva veteribus immatura, nigra matura. Quæ hactenus recensimus genera quidem sunt olivarum, sed non specie differentes; nunc nobis de generibus specie differentibus sermo fieri. Tria genera recenset Nicander in Alexiph. ubi adversus cerussæ venenum remedium prescribit.

Τῷ καὶ πηγαδίνῃ, ἥ ὄρχαδι τοιαρ ἡλαιός,
Η̄ ἐπι μυρτίνῃ χεδίῳ δεπάσσιν ὄρέζας.

*Aut prebe subito pingueum quem myrtlea succum,
Præmida aut orchas compressa emitit oliva.*

Schol. σημαδίνη Ε σεκάς καὶ μυρτίνη ἡλαιόν εἰσιν εἶδη. εἶτα δὲ τὸ αἷμα τὸ λιτό. Tria Virg. scribit olivarum genera libro secundo Georg.

*Nec pingues unam in faciem nascuntur olive
Orchades & radii & amara pausia bacca.*

Columella decem novit genera, libr. 5. de te rust. cap. 6. ubi ita scribit. Olearum sicut vitium plura genera esse arbitror, sed in meam notitiam decem modo pervenerunt. pausia, algiana, liciniana, sergia, nœvia, culminia, orchis, regia, circistes, murtea. Pausiam, ut jam notavi, aliquando poseam vocat, Ita enim omnes libri; etiam sic apud Catonem scriptum reperio. Pausiam antiquus Catonis interpres dictam vult, à patiendo. Servius vero à paviendo, quod non nisi paviendo, id est, tundendo oleum emittebat: seu quod antequam molæ subjiciatur, tundatur. Alii à sapore nominatam dicunt, quod fiat pausi. Sunt enim ejus baccæ amarissimi succi, & ob id incomestibiles. Hanc sententiam improbat Columella loco citato. Ex quibus, inquit, bacca jucundissima est pausia — pausia oleum saporis egregii dum viride est, veritate corruptitur. Quare miror Doctiss. virum qui apud Virgilium pro amara bacca viridem exponit, cum amaror pausia sit jucunditati cuidam junctus. Sic Plinius lib. 13. cap. ult. de lauro, cerasa laurea non ingratæ amaritudinis esse; Columella pausiam optimè vapores ferre, tradit. Quare hæreo utrum pausia sit ea, quæ à Nicandro σημαδίν vocatur. Nomen accepisse videtur δὲ τὸ σημαδίν, à spirando, quod ventis, vaporibusque resistant. De pausia haec tradit Plinius. Prima ergo ab autumno colligitur, vitio opera non naturæ, pausia cui plurimum carnis. — purpureæ sunt & in iis, ut uvis in nigrum colorem transiuntibus, pausia. Idem ferè Columella libr. 12. cap. 48. Pausæ bacca vel orchitea nonnullis etiam regionibus nœvia conviorum epulis preparantur. has igitur cum jam nigruerint, nec adhuc tamen permaturæ fuerint, &c. Falluntur qui pausias olivas σιμφύλidas ab Athenæo dictas existimant. Non sola pausia nigra. Σιμφύλidas olivæ tritæ sunt, ut supra probavi. Pausiam Apuliae incolæ, ut Itali scribunt, inter quos non ultimum obtinet locum Baptista Porta, paschlam vocant cuius callus immaturæ callus virescit, maturæ ex purpureo punicat, nitidiore cuticula, orbicularis, communi major, virescens amarissima, matura jucundissima, optima oleo, escaye. Virgilii ergo cum amaram inquit pausiam, loquitur de immatura & adhuc viridi. Columella vero cum jucundam ait, intelligit maturam. De algiana nihil quod dicam habeo. Hujus nec Macrobius, nec veterum quisquam, quod sciam, mentionem facit. Varro & Cato albiceris, vel, ut apud Macrobius, albigeri meminerunt. An hæc ea, quam Columella algiana, me fugit. Licinianam optimum dare oleum, docet Columella. Cato cap. 6. seri præcipit in agro macriore & frigidiore. Qui ager, inquit, frigidior & macrior erit, ibi oleam licinianam seri oportet. Sin in loco crasso, aut calido severis, hostus nequam erit, & ferendo arbor perire, & muscum rubrum molestum esse. Hostum vocant, quod ex uno factio olei conficitur. Factum dicunt, quod uno tempore conficiunt, quem alii 160. ajunt esse modiorum, alii ita minus magnū ut ad 120. descendat, & exinde, ut vasa olearia quot & quāra habeant, quibus conficiunt illud. Plin. lib. 15. c. 5. In frigido autem & macro Liciniam. Pingui autem aut ferventi viciari ejus oleum, arboremque ipsam fertilitate consumi: musto præterea rubro infestari. Cato non viciari oleū scribit, ut ex ejus auctoritate tradit Plinius, sed ait, hostum nequaquam fieri. Idem Plin. c. 3. Contra humorem pugnaces, ob idq; minime licinia, cominia, contra, sergia, quam Sabini regiam vocant, non ante favonis afflatum nigrescentes, hoc est, ad 6. Idus Februarii. Idem cap. 2. Principatum in hoc quoque bono obtinuit Italia toto orbe, maxime agro Venafrano, ejusque parte quæ Licinianum fundit oleū, unde & Licinia gloria præcipua oliva. Vnguentu hanc palmā dedere accommodato ipsi odore. Dedit & palatum delicatiore sententia, de cætero bacca Licinia nulla avis appetit. Hæc de Licinia veteres; ab Italis pollione vocatur. Sic dicta à parvitate, vel corrupto liciniæ vocabulo. Liciniæ nomen ab inventore accipit;

pisse, vulgata & recepta opinio. Sergiam Plinius à Sabiniis regiam vocari tradit; cum alia sit regia de qua paucum infra agam. De hac eadem quæ de licinia tradit Cato, & agro calido & crasso seri jubet. In agro crasso & calido oleam conditivam — sergianam colmianam, albicerem, quam earum in his locis optimam dicent esse, eam maxime. Serito Hanc plurimū olei dare, frigusque ferre ait. Oleum optimum licinia dat, plurimum sergia — optimè vapores sustinet pausia, frigus sergia. De hac plura dicenda, non habeo. De nævia idem Columella narrat, quod de pausia. Hujus, quod sciam, apud Varronem, Catonem, Pliniū mentio nulla. Culmina Catoni colmiana dicitur; serendam præcipit in agro crasso ac calido. Plinio & Palladio comina vocatur, ac de ea idem quod de sergia & licinia refert. Apud Macrobiū culminea, ut & apud Columellam legitur; qui post liciniam & regiam, ultimo loco culminiam baccā probat. Orchiten Columella li. 12. c. 48. orchitam vocat. Ejus verba ubi de pausia sermo, citavi, Pausia bacca vel orchitæ nonnullis regionibus &c. Forte orchites ex lib. 5. cap. 7. quomodo etiam à Catone cap. 7. & Varrone lib. 1. de re rust. cap. 17. vocatur. Nicandro vero & Virgilio orchas dicitur, pro quo apud Columellam lib. 5. in antiquiss. codice orchos legitur, in vulgaris orchis. Forte orchas, rescribendum, & libr. 12. orchades. Nihil muto. Nomen orchados impostum existimant, vel a magnitudine, vel quod testiculos referant. Oegzen enim Græcis testiculi dicuntur; unde orchis quasi testicularis. Hanc ut & radium, & Columella melius ad escam, quam in liquorem stringi ait. Cato cap. 7. optimè condi refert. Item alia genera quam plurima serito, aut inserito, oleas orchites, posias, & optimè conduntur vel virides in muria, vel in lentisco contusa. orchites ubi nigra erunt & sicca, sale confricato dies 5. postea salem excutito, in sole ponito biduum, vel sine sane in defructum condito. Plin. lib. 5. cap. 1. Genera earum tria dixit Virgiliius, orchites & radios & pausias: nec desiderare rastros aut salcem, ullamve curam. Sine dubio & in iis solum maximè calunque referte. Verumtamen & tundentur, cum & vites: atque etiam in terradi gaudent. Orchites sunt quæ ex Hispania ad nos mitruntur, portantur & Cajeta; magnitudine sunt juglandis, testiculorum similitudine ovata, ad escam coniduntur tōto orbe insignes; à nonnullis archemora vocatae. Regia, ut Plinius ait, phaulia etiam vocatur. De phaulia supra lib. 2. cap. 3. nonnulla dixi, quæ non repeto. Plin. lib. 15. cap. 1. Omnino in vita error est publicus, tumore olivæ crescere oleum existimantium: præsertim cum magnitudine oleum non constare, indicio sunt, quæ regia vocantur, ab aliis majoriae, ab aliis phauliae, grandissimæ alioquin minimosucco. Theophrastus lib. 6. de caul. cap. 11. ὁλὴ φαύλη, οὐλὴ φαύλης (forte μαργες). Plinius loco citato Deinde (errant) quod oleum crescere olivæ carne arbitratur, cum succus omnis in corpus abeat, lignumque intus grandescat. Φυσικὴ lignum vocat, & grandescere ait. Legi itaque μαργες ὁλὴ φαύλη, φαύλης αὶ φαύλης, οὐλὴ φαύλης, φύσις φαύλης, quibus caro multa, nucleus parvus (magnum) haec parsim præstant oleum: ceu phaulia; tanquam vires hac in parte naturæ deficiant. Columella, omnisque olea, & major ferè ad escam, minor oleo est aptior, speciosissima est bacca regiae, quæ potius escæ quam oleo est idonea. Notandi ergo Grammatici, qui scribunt. φαύλη λίχηται εἰπὲ συμφέπει, οὐλὴ Ε φαύλη, ιλαῖα η μικρή φαύλη, η η φαύλη, χειρόδην φαύλη η κρίνον κρίνη η μικρόν φαύλη. Postremum natam hanc oleam ex cotino cæso & transplantedo, verum est. vide libr. 2. cap. 3. At phaulia fructum parvum esse, omnino falsum est. Contrarium Theophrastus, Plinius, Columella. Melius Hesychius, φαύλη εἰδη & λαῖα, οἱ τὰς λαῖκας φαύληις οὐλὴ περι μικρή φαύλη, φαύλη, οὐλὴ, μικρη, μικρή, άρρεν. φαύλη. Itaq; dicitur, vel quod magna, vel quod vilis sit oliva. Phaulia oliva est, quæ rotundam vocant Itali: forma rotunda est, magna, & pulcherrima, condita ad escæ utimur. Radii olivæ plures fuisse videntur. Cato cap. 6. majoris mentionem facit. in agro calido & crasso, oleam conditivam, radium majorē &c. serito. Columella minorem lib. 12. cap. 47. in sampsa, vel, ut alii legunt sansa, radiolum vocat. Albam pausam, vel orchitem, vel radiolum, vel regiam dum contundes &c. De hac Columella, Orchis quoque & radius melius ad escam, quam in liquore stringitur. Plinius ab autumno post pausiam & orchitæ colligi tradit, quia tenerrima amurca cogit decidere. Servius radium vocatam scribit à longitudine, quod oblonga sit. Italus pīrrutelle dicitur, quali acutiusculam dicas, quod oblonga & utrimque acuta sit. De circite quod dicam scribam habeo nihil. De Myrtlea hoc tantum, quod à Nicandro μορφη dicta videatur, à myrti forte & magnitudine & figura, quales olivas ex

Perisia allatas vidi: palato græte erant, sed parvæ admodum. Meminere Cato & Varro Salentinæ, à Columella omisæ. Idē & albiceræ (quam Macrobius albigeram vocat) mentionē faciunt de qua nihil Columella, nihil Plin. In Italia picenam & fidicinam reperi, Plinius auctor. De picenis Martialis. Si mihi picenaturdis polleret oliva. Macrobius sexdecim olivarū numerat gendra. olearum, inquit, hæc genera numerantur. Africana albigerus, Aquilia, Alexandrina, Ægyptia, culminea, cōditiva, liciniana, orbis, oleaster, pausia, paulia (scribe phaulia) radius, salentina, sergiana, termutia. Forte myrtle a scribendum, ut apud Columellam legitur. Nec Africanam, nec Ægyptiam, Alexandrinam, Aquiliam me videre memini. Hactenus de olearum

Olea Sativa.



generibus. Olea mediocris magnitudinis arbor, quandoque procera & prægrandis, ramis compluribus in latum, amplumque diffusis, ligni materies pulchra, solida, venosa, crispa, ardente viridis perinde ac sicca. Folia saligneis fere similia sunt, nisi quod dēfiora & firmiora. Sunt enim longa, in acutum desinentia, crassa, pinguia, brevi pediculo ramulis ex adverso ut plurimum in hærentia, superne virentia, inferne alblicantia, sapore amaro & acrisculo. Florē copiosum mense Iulio habet, in ramulis racematum compactum, ex herbido candicantem, quaternis foliolis constantem, & fructus rudimentū amplectentem. Fructus ut plurimum ovali figura, osseō intus nucleo primum viridis, deinde appropinquante maturitate pallescens, tandem purpureæ pridē factæ saturate nigrescit. Lusitanica, inquit Clusius, olea, minores olivas præferunt, sed multum olei, ejusque præstantissimi præbentes. Sic etiam nonnullæ quæ in Narbonensi Gallia & Bætica nascuntur oleæ, minorē fructum ferunt, ex quo plus olei exprimitur, alteri, quod de majoribus olivis elicitor, longè præferendū. Decerpuntur mense Novembri, Decembri, Ianuario & Februario, ut in Graniensi regno. Namque antea non maturescunt. Sternuntur deinde in pavimentis, donec rugosæ fiant: deinde molæ supponuntur, & torculari premuntur, affusa ferventi aqua: ita enim oleum reddunt. Non nulli olivas perticis decutiunt, quod alii improbant, qui potius admotis scalis manu legere volunt, ne sequentis anni spem decussis germinibus præcipiant. Vehementer enim laborant oleæ percussæ, & detrimentum capiunt. Immaturas plerumque conidunt per Hispaniam & Galliam Narbonensem, interdum etiam maturas & nigras, præsertim in Lusitania. Idem Clusius non procul Hispali, viscū in oleis copiose nascentis observavit mense Ianuario, olivæ domino magnodamno afficiens. Integros enim olearū ramos, crebro etiam maximam earū partem cædere coguntur, ne latius vitiū serpat, alioquin totas arbores occupaturum, & steriles redditurum. Habet vero id visum baccas non albas, quales in aliis arboribus natum,

sed ex rubro purpurascentes, cujusmodi, inquit Clusius, nusquam alibi videre memini. Bellonius libr. 2. obser. cap. 83. simile viscum in oleis Hierosolymitano agro crescere scribit. *Olea*, inquit, *istic peculiari nota à reliquis discernuntur*, nam viscum, quod eis innascitur, rubris baccis est præditum, magno incolarum damno, quoniam steriles oleas reddit. *Olea sylvestris* instar oleæ adolescit, sed

Oleaster.



minor est, oleæ domesticæ per omnia similis, cortice tam
en laeviore, rarioribus & aculeatis ramis, minus frequen-
tibus, minoribus augustioribusque foliis, licet eodem mo-
do circa ramos dispositis: Flos, ut in olea sativa, racemati-
zim cohærens; fructus exiguis olivis similis, pauca tamen
carne prædictus, mucrone recurvo, è longis petiolis race-
matim dependens, primum viridis, deinde purpureus, po-
stremo ubi maturuerit niger, succo prægnans purpureo,
qui gustatus cum adstrictione linguam nonnihil vellicat.
Turdi, merulæ, sturni sylvestres olivas avide devorant: na-
scitur in quam plurimis Adriatici & Ægei maris insulis,
multis etiam Hetruriæ ac Lusitanici desertis confragosif-
que locis. Fructus mense Ianuario aut Decembri matu-
rus; tota arbor insigniter amara. De solo oleis conve-
nienti, & cultura sparsim agit Theophrastus. Lector vi-
deat, quæ ad loca ista annotavimus.

^H τε ρεγέστα στάδια, &c. Plinius libr. 15. cap. I. oleam Theophrastus è celeberrimus Græcorum auctōribus urbis Romæ, anno circiter quadringentesimo quadresimo, negavit nisi intra 40 mil. passuum à mari nasci. Idem li 21. cap. 10. tunc oleam non putabant gigni, nisi intra 300. stadia à mari. Corrigendus Columellæ codex. Hanc arborem plerique existimant ultra miliarium (vox hæc in antiquo codice deest) sexagesimum à mari, aut non vivere, aut non esse feratēm. Scribe ex Plinio. ultra miliarium quadragestimū à mari. Trecenta stadia, ut alibi Plinius ex Theop. refert, conficiunt 40. miliaria. Recentiorū experimento constat, reperiri oleas locis mari proximis, & longè remotis, quidā marina loca amare scribūt. Theoph. locum non intellexit Plinius, mentem ejus percepit Columella; non tradit oleam non nasci nisi intra 300. stadia à mari. sed in Thebana præfectura nasci trecentis stadiis ab aquis irriguis manantibusq;. Hæc Theoph. senentia.

κοκκυμέλας, &c. Arborēm Græci vocant ιηκκουμέλιον, fructum κοκκύμηλον, obseruat Iulius Pollux lib. I. cap. ult. mediae aetatis comicos arborem, de qua nobis sermo, appellari κοκκύμηλον in masculino genere; istoī οὐδὲ ιηκκουμέλον μὲν αἰδεῖταις, ὁ κρεπτός. αρσενικός οὐ τὸ δίδυμον καλεῖται μὲν καρπελία, ο κοκκυμέλος. χεῖται οὐ καί αὔχιλος οὐ τὸ τοῦ ιηκκουμέλιον οὐόστια. Idem Athenaeus lib. 2. docet Αραράς τὸν ιηκκουμέλον (ita hunc locū correxit Doctiss. Casaubonus) ηγεῖται τὸ δίδυμον τὸ ιηκκουμέλον ἢ τὸ αἰερόδρυον. Araros in Masculino genere coccymelum, vocat arborem in neutro vero coccymelum, fructum. Vox αἰερόδρυον propriè hic minime accipi oportet, sed perquam latè pro omni fructu, stricte si accipias, falsa tradit Araros, quod αἰερόδρυον Græcis lib. 2. c. 7. dixi.

Coccymelon inter ἀκεφάλια locum habere nequit, quod duro non tegatur operculo. Malum apud Hesych. legitur κόκκυμπελον οὐ καρπός. Scribe κόκκυμπελον οὐ καρπός. omnī Graecorum auctoritate constat, κόκκυμπελον arborem significare τὸ κόκκυμπελον in neutro, fructum. Nicander in Georgicis κόκκυντος μῆλον vocat, μῆλον, inquit, οὐ κόκκυντος, malum quod cuculi vocant. Hinc κόκκυμπελον arborem dictam conjiciunt, quod grandescētibus pomis cuculiū ē suis latebris prodeat, & conspiciatur; cum contra ex Theophrasto probari posset, nomen hoc potius inditum, quod floreat quādo cuculus ad suas latebras redit, nec amplius videatur. Meritis enim παρεψήλαιos qui incidit in Octobrē florere ait, fructū vero ferre circa hybernum solstictium: sed prius etymon magis placet, quod Theoph. de non vulgari κόκκυμπελον agat, sed Egyptia. Aliis placet, κόκκυμπελον vocat, quod fructus multa contineat grana; κόκκυντος enim granum, μῆλον malum. Ergo malum granatum, κόκκυμπελον erit, sed nec historia, nec natura mali granati, coccymelo respondet, nec κόκκυμπελον, sed κόκκυμπελον tum scribendum per οὐκέτη foret. Alii per barbaralexin putant κόκκυμπελον factum, ex Latino coquendi vocabulo, ut contigit in armeniacis malis, quæ præcoccia Romani vocant. Quam vocem non recte affuentes Græci homines, ut sit in aliena lingua, dixerūt κόκκυμπελον & κόκκυμπελον, ut κόκκυμπελον veluti coquimalum, hoc est, malum coquens & dirigens, dejiciendi enim alvīvis ei præcipua inest. Hoc minime placet etymon, quod vox κόκκυμπελον apud antiquissimos etiā reperiatur Græcos, quando Romana lingua Græcis omnino incognita, ut apud Aristotelem, Theophrastum, Nicandrum &c. Κόκκυμπελον prunū vertit Gaza, quod habet ex Plinio lib. 13. cap. 10. ibi (circa Memphis) & prunus Αἴγυπτια &c. Pruna vulgaria non esse pruna à Theophrasto delineata, non difficile probatu. Prunus arbor floret mense Aprili, aut Mayo, κόκκυμπελον quæ in Αἴγυπτo nascitur, mense παρεψήλαιos qui mensis incipiebat Theoph. sèculo, quando Scorpionis signū ingredere tur Sol. 22. Octob. die. Παρεψήλαιos ut supra de arbuto dixi, mensis quando omnes fructus maturi. Malum Iulium vertunt (Vide quæ supra dicta sunt.) Coccymelea fructus maturos ostendit circa solstictiū hybernum; prunus mense Augusto & Seprenibri. Coccymelea folia non decidunt, cadunt pruno. Coccymelea fructus natura & magnitudine mespilis proxima: pruna dissimilem contrariam mespilis naturam habere, mespiloq; minores ipsa docet experientia. Adstringunt mespila, laxant pruna. Coccymelea arbor insignis magnitudinis; prunus mediocris. Plinius hunc Theophrasti locum, satis infeliciter vertisse videtur. ibi, inquit, & prunus Αἴγυπτια, non dissimilis spine proximè dulce, poma mespili, mātressens bruma, nec folia dimittens, lignum in pomo grande, sed corpus ipsum natura copia que mespilum in star incolis. Purgatum enim tundunt, servante in offis Nusquam tradidit Theoph. arborem hanc spinas Αἴγυπτiæ vel acaciae non dissimilem esse, sed dissimilis potius, acacia enim arbor in rectum non ascen dit, insigni autem magnitudine prunus, pomo mespili Theoph. ἄποθετο δὲ τὸ δέρδρον οὐ κόκκυμπελον, μίζα μὲν τὸ μεριζόν. κορτίν φύσιν Εὐρετοῦ δύοτος τοῖς μεταπλεον, καὶ τὸ μεριζόν οὐ δραπετώσιον, τολμὴ ἵσχε τὸ πενταντροφύλλον. voces Εὐρετοῦ defuntur in Basiliensi & Ald. codic. legunt alii μίζα μὲν τὸ μεριζόν. κορπόν δὲ φύεται τοῖς μεταπλεον, καὶ τὸ μεριζόν οὐ δραπετώσιον, quomodo leguisse viderit Plinius. Gaza vero, μίζα μὲν τὸ μεριζόν τὸ φύσιν φύεται τὸ μεριζόν, σμοιο τοῖς μεταπλεον, καὶ τὸ μεριζόν οὐ δραπετώσιον, &c. Alia quedam arbos prunus habetur insignis magnitudine, fructum serens natura & magnitudine mespilis proximum, nisi quod rotundum nucleus habeat. Nobis vulgaria placet lectio. Quæ tamen male interpretantur. Scribe η κόκκυμπελον, μίζα μὲν τὸ μεριζόν. καὶ τὸ φύσιν τὸ κορπόν &c. Lignum, inquit Plinius, in pomo grande. Graecus auctor nucleus rotundum habere tradit. Sequitur, purgatum enim tundunt, servante in offis. Theophrastus καὶ τὸ πυρηναῖον ἴσχετο τὸ κόκκυντον & πιονιαν παλαδίας. παλαδίας offas vertunt. παλαδία proprie, massa fiscorum & pinguium caricarum, quas in morem laterum figurantes, ut diu illæse permaneant, calcant atque compingunt. Hesychius παλαδία οὐ τὸ σύκον ιπάλαδας ή ήσιος, οὐδὲ μαζίσα παλαδίας σύκον μέλισα. Suidas, παλαδία σύκον μέλισα, οὐ παλαδίας, τὸν πεπεμπτιον ιχαδας. Idem pro qualibet massa usurpat. παλαδίας οὐ τὸ πεπεμπτιον η παλαδίας ή παλαδίας ή ήσιος οὐ τὸ σύκον. Massa ex sece, fiscusque alia aliis superpositæ sine interstitio & intercapidine. Propriè, ut dixi, fiscorum massa. Hodie ad nos in sportis seu coribus sparta confectis conditæ in massas ac globos fiscus adferuntur. In massam conditæ similiter olim adferebantur caryæ Martialis, palaborum carborum

*Aurea porrigitur, Iani cariora calendis:
Sed tamen hoc munus pauperis esse solet*

Cottontail

Cottana etiam ac pruna in massas sic componebantur.
Idem Martial. loco citato.

Hec tibi quæ torta venerunt condita metu,
Si majora forent cottana, fucus erant.

Statius.
Nusquam turbine conditus ruenti
Prunorum globus atque cottanorum.

Prunorum globus est massa, παλάθη. Plinius offas vertit. Offa idem quod massa. Glossæ offa μέλισσα propriè tamē offa, farina cōspersæ globus. Offa confitabat fere ex carne suilla Lucanica, quam Romanæ mulieres à Lucanis didicere facere ex Mediocrī intestino; etiam carnis quodlibet frustum. Præterea cibarium ex fructis panis, in jure pingui, caseo vetere, pipere & cinamomo conditis. Pultem etiam significat, & quicquid in pultis modum redactum. Nec dubium, quin ex aliis rebus facta offa. Varro lib. 3. de re rust. cap. 5. Cibatu offas positas, ea maximè glomerantur ex frictis, & farre mixto. Non pecavit Plinius, nihil commisit Gaza, quando παλάθη offas vertunt. Offa, ut dixi, idem quod massa, frustra ergo contendunt massam vertendum; offæ & massæ vocabulis promiscue utitur Columella libr. 12. cap. 38. Post hæc plures ex eo massulae fiunt: & ita per latera serie in mustum demittuntur, ne altera offa super alteram perveniat. Offa ergo & massa idem denotat. Prunum Ægyptiam, quam describit Theophrastus, me videre non memini, inter ignotas refero arbores. Hac occasione de vulgatis pruni non nihil dicendum. Isiodorus nomen accepisse putat à colore, coccymela, inquit, quam Latini ob colorem prunum vocant, alii à multitidine enixi fructus nixam appellant, cuius generis Damascena, melior à Damasco oppido. Plures hic commisit errores; primus quod proutum nixam vocari tradit, cum mixa fructus, quem mixa vocant. Plinius lib. 13. cap. 5. Item pruna in Damasco monte nata, & myxa: utramque iam familiarem Italiam. Ex myxis in Ægypto & vina fiunt: Ägineta libr. 17. μέλισσα δίδυρον κερέτον ισι μικρόφυλλον. Myxa arboris fructus pruno quidem minor, facultate tamen persimilis. Male vir magnus μέλισσα, ex antiquo codice πικρόπερη restituit. Myxa fructus quos sebesten vocant, hi pruni dulcedine non cedunt, sed minores sunt. Insuper si essent amiores, non essent ejusdem facultatis: amara enim & dulcia facultate & viribus differunt. Amara aperiunt, & attenuant, quod nec pruna, nec sebesten præstant. Lexicon Iatricon vetus vocent πικρόπερη servandam docet, μέλισσα επί τη μετεύξει δίδυρον κερέτον ισι μικρόφυλλον. Alter Isiodori error, quod nixam vocari credit, à multitidine fructus enixi. Nixa à myxa dicitur. μέλισσα, à mucoso & lento succo, quo præditus fructus; nam ex fructibus sebesten visci conficiunt optimum Ægyptii, quod non possent, nisi succus latus & mucosus esset. Tertius error, quod prunum à colore nomen accepisse scribit. Asiatica vox est. Gal. lib. 7. Simpl. εἰς τὸν ἀγελῶν καρπὸν συντῆς ἡράρχον ισι τὸν σαλπῖδον γαρέον. δοριστέον δὲ τὸ φυτὸν τοῦτο τοῦ Αστείου περιβόλου. Idem Ägineta, idem Ätius. Reperitur & vox hæc apud Theoph. lib. 9. cap. 1. Sed ibi non περιβόλος sed περιβόλος legitur, τὸ δὲ τὸ δοριστέον καρπὸν ιδεῖται — κερέτον περιβόλον. (Scribe περιβόλον, quia multis in locis apud Galenum Äginetam, & Ätium sic scriptum reperitur) αἰρετὸν &c. Corrigendus etiam Tralliani codex lib. 4. cap. 1. εἰς ἀπειλὴν τούτου, ηγ. ἀχρόδων, ηγ. μεταίλων, ηγ. βραχύδων, ηγ. κορώνων ηγ. περιβόλων. Scribe ηγ. κορώνων ηγ. οὐσίαν ηγ. περιβόλων. Horum (morum) penuria, etiam pyrorum sylvestrium, mespilorum, bryylorum, cornorū, sorborum, & prunorum sylvestrium. Reclite apud Achmetem cap. 243. legitur, εἰς περιβόλων. Μale vir magnus ex Tralliani codice corrupto corrigit εἰς περιβόλων. Apud Galenum, qui Asiaticam vocem primus tradidit, locis infinitis περιβόλος legitur, apud Græcos vox hæc cognita, antequam Latinos novissent. Non igitur à Latinis fructui huic nomen hoc inditum. Vellem doceret Isiodorus, quisnam color qui prunus vocatur. Fructus pruni ut apud Athenæum lib. 2. legitur à Lacedæmoniis adēlos & ὄξυμαλος περικόν vocatur. Aristophanes εἰς οὐρανικούς γλωσσας τὰ κοκκυμέλαι φησι τοὺς ἀκανθας καλέις ὄξυμαλα περιστῆ. ἀπειλὴν, Aristophanes Grammaticus in glossis Laconicis scribit, à Laconibus pruna vocari oxymala, & à quibusdam adria. Hesych. ὄξυμαλα τὰ κοκκυμέλαι. Sylvestria pruna sic primū fuisse vocata, sit verisimile. Hæc acida, reliqua dulcia, nisi forte aciditatē parva & rotunda, quæ Damascena hodie Pharmacopei vocant, siccata, habere quis contendat, profecto manifesta aciditas in iis percipitur. Idem Hesychius, μέλισσα fructum prunorum voca-

tum fuisse tradit. παλάθη, τὰ κοκκυμέλαι. Euidas βρέθηκε vocari scribit, κοκκυμέλαι εἶται ὅπερα τὰ παρέκματα τοῦ περιστῆς περιγράφει. Coccymela pomorum species, à nobis bericora dicitur. Fallitur Grammaticus περιγράψει, quæ armeniaca dicuntur. Cassianus Bassus in Eclogis Geponicis libr. 10. cap. 37. κοκκυμέλαι εἶται δικαὶος διαποτεκνον, αρμeniaca εἶται περιστῆς. Idem lib. 3. cap. 1. πᾶς αὐτὸς ποντὶς περιγράψει, οὐτοὶ περιστῆς εἶται διαποτεκνον (M.S. pal. διαποτεκνον) διαποτεκνον, βιργικια (M.S. βιργικητής) αμυγδαλιας, κερασιας, &c. Eodem mense inseres, quæcumque prima florent, veluti rhodacena, Damascena, precocia, amygdala, & cerasa. Latinis arbor prunus, fructus prunum dicitur, ut malus arbor, malum fructus. Arboris hujus fructus in coronis locum habuit, ac victoriae signum fuit. Athenæus lib. 2. ex auctoritate Hippoacti.

Στέφανον εἶχον κοκκυμέλαιν, καὶ μίνθης Ἀλεξίς.

Καὶ μὲν οἱ ὑπνῳ οἰσται ὁρκίναις

Νικητήριον (Casaubonus νικατόρον ἔγρα.) λεγεῖ αὐτό. Ἄλ. τὸν νεῖον περιστέχει δι.

Ἐν τῷ σεδίῳ τῶν ἀνταγωνιστῶν μέτης

Ἐδόκει στέφανον γυμνὸν περιστέχων (Casaubonus hunc versum expletat legit περιστέχων αἱς ἐμὲ)

Στέφανῳ καλιστῇ (καλιστῷ εἰδέμ) κοκκυμέλαιν, Βέ

Ηεράκλεις

Ἄλ. Πεπόνων.

Coronam habuit ē prunis atque mentha. Alexius.

Quin ē in somnis videre visus sum mihi

Præmium victorie (victor) B. quale id erat dicitur

A. Adverte jam animum

In stadio concertatorum me quispiam

Nudus accedens corynare visus est

Coronā volubili prūnōrum. B. dū boni A. maturatōrum.

Κυλιστὴ στέφανος. interpres vertit. Corona tortilis. Tortilis corona Græcis περιστέφανος. καὶ τοὺς στέφανος vocarunt veteres, quæ constabant ex fructibus; qui volvi & rotari poterant, ut malis, piris, ficubus, pruni. Solani fructus, ut Dioscorides lib. 4. cap. 72. docet, nomen accepérunt à rotando, ἀλλὰ τὸ διεσπεσμένον καλιστὸν περιφοράς. Εἰστιν Odyf. 5. αἰτία δὲ τοῦ εἴσοδου τοῦ διεσπεσμένου καλιστοῦ εἰς τὸν κύλινδρον περιφοράς. Μentionem hujus corona facit Pollux libr. 7. cap. 30. Sed locus miserè corruptus. Sic vulgo legitur, στέφανοπολεῖ, στέφανοπολεῖδες, στέφανοπολεῖτρια. στέφανος δὲ εἴδη, σκηνίσται, ἀστερίας Αρχιπελαγίου στέφανοι. Οmnino scribentur περιστέφανοι, στέφανοπολεῖ, στέφανοπολεῖτρια. στέφανος δὲ εἴδη κύλιστος, ἀστερίας Αρχιπελαγίου στέφανοι. Εἰς κύλιστον δὲ τοῦτον Αρθαῖον, &c. οὐ τοῦ κυκλιστοῦ εἰς τοῦς orbicularibus, rotundis. Videtur enim hæc corona non tantum fuisse forma circulari, sed & in eam tantum admissas fuisse res orbiculares, veluti ad volubilitatem rotundatas. Hinc corona fiebat firmior ac solidior, ac proinde, ut idem Constantius scribit, ἀλλὰ δὲ εὐηγέρτερος περιφοράς; propter magnitudinem & firmitatem volvēbatur & rotabatur, eratque volubilis, versatilis, rotatilis. Hanc coronam Apuleius libr. 11. Metamorph. his verbis designat. Individuo nexi corona totis floribus, totisque adstrictis a pomis adhærebatur. Plura de hoc corona genere apud Atheneum lib. 15. Vide etiam Doctiss. Causaboni in eundem annotationes cap. 7. Prunorum plura Plinius, sed præstissima quæ Damascena à Damasco Syrie urbe. Dioscorides libr. 1. cap. 174. τὸν δὲ Συριακὸν καλέσαντον δὲ Δαμασκοῦ γνωμένων, οὐ καρπὸς ξερόφρεσις, δοτημένος. Εἰς κοιλιαν περιπάτος. At Syriacorum & earum maximè quæ Damascena nascuntur, fructus exsiccati stomacho utilis est, alvūnque adstringit. Galenus lib. 2. de Aliment. facult. εἰστιν τὸν ἀλλον εἰς τὴν τὴν Συριακὴν καλέσαντον διεσπεσμένον τὸν καρπὸν Σπανιόν οὐκεῖται. Fama est pruna omnium esse præstantissima, quæ in Damasco urbe Syrie nascuntur, secunda autem post illa esse, quæ in ea regione, quam Iberiam ac Hispaniam nominant. Athenæus loco citato, Δαμασκεῖ τὸν πέλεων σόδεον εἰς μεγάλης πολλοῖς τοῖς αρχαῖοι μετανήσται, τοῖς δὲ πλεῖστοις τῷ τοῦ Δαμασκεῖν ισι καρπῷ τὰ ποκκύμηλα καρπούρων. οὐ κρίδισται μεσοχέτης, ιδεῖται δὲ πλεῖστην αρχαῖον, Δαμασκεῖν, οὐ διαφορεῖ τὸν τοῦ τὰς καρπούς καρπούς. Quandoquidem Damasci amplæ civitatis & claræ meminerunt antiquorum multi, ac arbor eorum agro plurima nascitur, ac diligentissime colitur, quam prunū appellant, Damasc. peculiariter nomine ejus fructū (ita διερέθρου exponi debet, alioquin si strictè sumamus, et-

rat Athenaeus; non tegitur duro cortice ac putamine prunum, verū molli. (Vide c. 7.1.2.) tanquam in præstantiorē (Interpres male, diversum, vide Galenum & Diöscoridem, qui præstantissima scribunt, nos quæ alibi de voce diafras diximus) que gignuntur in aliis regionibus. Geponicus auctor lib. I. οὐκκανέμπολος. εἰν δὲ τοῦ καλούμενοῦ Δαμασκηνοῦ. quia optimum est præstantissimum prunum illud; & hodie Damascena pruna optima judicantur. De quibus hæc tradit Plinius; In peregrinis arboribus dicta sunt Damascena, à Syria Damasco cognominata, jam pridem in Italia nascientia, grandiore quamquam ligno, & exiliore carne, nec unquam in rugas siccata, quoniam soles ei desunt. Damascena intelligit Martialis, quando canit.

Poma peregrinae carie rugosa seneat.
Sume; solent duri solvere ventris onus.

Audio plures clamitare, Diöscoridem satis aperte scribere, pruna damascena alvum compescere; & inferre ergo Martialis de aliis loquitur prunis. Immo de Damascenis loquitur, & alvum solvere rectè scribit. Gal. lib. 7. simpl. Διοσκορεῖδος δὲ τοῦ οὐρανοῦ ἐπειδὴ τῆς Δαμασκηνῆς οὐκκανέμπολα ἔργα θείαν φοιτεῖται γενέσιον. Τῶν μὲν μήδη τὸν τῆς Ιωνίας, εἰς δὲ τὰ μέρη Δαμασκηνῆς εὐπικῆτερον τὸν εἰς τῆς Ιωνίας γλυκύτερον, καὶ οὐ πιεῖσθαι τοῖς καρποῖς αὐτόν. Ηὗτος μὲν εὐπικός τὸν καρπὸν τῆς Ιωνίας, μᾶλλον δὲ τὸ καρπὸν τῆς Δαμασκηνῆς. Ceterūm hanc scio cur Diöscorides pruna Damascena siccata ventrem sifere dicat, cum & ipsa palam subducent; minus tamen quam quæ importuntur ex Iberia. Siquidem Damascena magis adstringunt, at que Iberia fert, dulciora sunt. Quin & ipsa arbore fructibus proportione respondent; minus enim adstringunt quæ in Iberia nascuntur, magis vero quæ Damasci. Aperte satis notat Diöscoridem, sed immerito. Diöscorides adstringere scripsit Damascena, respectu aliorum; vel quod Iberica majori deiiciendi facultate possint, vel quod adstrictio aliqua in iis prævaleret. His addo reperiri quoddam Damascenorum genus in quo nulla, aut per quam exigua solvendi virtus, quale genus Galeno non incognitum. Scribit enim lib. 2. de alimentorum facultatibus; Αχεια τῶν μᾶλλον εἴσα ταῖς Συρίᾳ τοῦ Δαμασκοῦ γενέμενα, διέπειρο δὲ τὴν τούτοις τῷ καρπῷ τῆς Ιωνίας τοῦ Σπανίου οὐκαρπούμενα. μᾶλλον τοῦτο μὲν τὸν ιερφάνειον πόλιον γενέσιον, τὸ Δαμασκηνόν δὲ τὸν πάλιν ίπον. καλλιτεχνοὶ αὐτῷ εἰσὶ στενά μεταβολοῦσι φορτία τὸν μὲν καρπὸν, ταῦτα συνεργά, καὶ σπλαγχνοῦ, καὶ σρψα μορθοῦσι τοῖς τὸ τὸν ιερφάνειον εἰτε καὶ τὸν τὸν γενέσιον τὸν ιερφάνειον, τὸν αἰγαλοῦσθαι μᾶλιστα τοῦτο τὸν ιερφάνειον. Fama est, ea pruna omnīm esse præstantissima, quæ in Damasco urbe Syria nascuntur: secunda autem post illa esse, quæ in ea regione, quam Iberiam, ac Hispaniam nominant, proveniunt; verum hæc nihil adstringentis præferuntur: nonnulla vero Damascenorum, vel plurimum. Optima autem inter ipsas sunt, quæ cum mediocri adstringente magna sint, & laxa; quæ autem exigua sunt dura, & acerba, prava sunt, tum si esum species tum si alvi defectionem, quæ maximè sequitur ea, quæ ex Iberia adferuntur. Ipse ergo Galenus fatetur adstringentē quandam habere facultatem. Damascena pruna nemini incognita; cute sunt nigra, carne suavi, crocea, rotundo intus ligno, in cacuminibus turbinato, exili nucleo, digitis pressum internum os exilit, parva, paucique succi. Botanici Damascena pruna à Theocryto Eidyl. 3. Βερενία dici existimant.

"Οχναὶ μὲν παρ' θεοῖς, τῷ δὲ πλανῆσθαι δὲ μᾶλλα
Δαψιλέως ἄμμου εἰκαλάνδετο, τῷ δὲ σκέχυντο
"Ορπικες, Βερενίας καταβεβιζοντες ἔρχονται.

Apud Athenaeum ultimus versus paulo aliter legitur;
"Ορπικες, Βερενίας καταβεβιζοντες ἔρχονται.

Pyræ pedes circa, circa latera undique mala largiter
Dap filia obvolvi, nobis fundique supernæ.
Depressi ad terram brabylorum pondere rami.

Βερενία quasi βερενία dicuntur. Athenaeus lib. 2. ubi δὲ ήταν, & μᾶλλου vocari, tradit. Σιλεσίῳ δὲ εἰς γλώσσαν Βερενίας Φοιτηῖται, οὐκκανέμπολα γενέσια τὰ αὐτὰ εἴσα. τὰ μὲν μᾶλλου εἰσὶ μαλόδενα, τὰ δὲ Βερενίας φοιτηῖται, εἰς τὸν βόρειον οἰκονομοῦται. ήταν δὲ εἰσὶ μᾶλλα, οἷς Δημήτρῳ οἱ λέσχαι λέγουσι εἰς εἰπονομοῦσι. Selenucus in linguis eadem esse ait madrya, brabyla, pruna & τὰ ήταν. Dicit porro sunt μᾶλλα velut μαλόδενα, brabyla vero quia ducunt alvum, quasi βόρεια βάλλονται; id est, cibos repellentia, & ήταν quasi μᾶλλα, id est, mala, ut Demetrius Ixion prodidit in etymologia. Brabyla hæc Dam-

scena esse pruna, auctoritate Clearchi constat, Κλεαρχος δὲ οὐκκανέμπολος φοιτηῖται, οὐδὲ Σιλεσίας βερενίας ηγετεῖ, τὰ οὐκκανέμπολα. εἰς καὶ Θεοντεροῦ οὐκκανέμπολοῦ. Clearchus periætericus scribit Rhodiis & Siculis pruna vocari brabyla: ut apud Theocrytum Syracusium. Eadem sententia Theocriti Scholiaſtæ βερενίας τὰ οὐκκανέμπολα, ηγετεῖ Δαμασκηνά. Eadem Suidæ, βερενίας τὰ οὐκκανέμπολα Δαμασκηνά. His argumentis quidam etiam viri Doctiss. nixi, staruunt brabyla pruna esse Damascena quorum rationes, antiquissimorum medicorum testimonii, expugnantur. Galenus lib. 2. de aliment. facult. cap. 38. ea inter fructus sylvestres numerat, viliaque esse scribit, ac sumum pabulum. καρπὸν γαρ. & περίαν & βερενία — οὐτοὶ τάχις τινὲς περιβογήν μὲν τηγανίαν ξενικῶν καρπῶν οὐκκανέμπολα δὲ περιβογήν ιστιν, καὶ πολὺ μᾶλλον τηγανίαν ηγετεῖ. — Idem lib. 6. cap. 1. καὶ τόπος, inter sylvestres recenset fructus, καὶ διακρίνεται, & βερενίας, καὶ τοῦ περιβογήν ηγετεῖ οὐκκανέμπολα, & νέρον εξ cornis & brabylas, & apud nos appellatis pruni. Inter fructus sylvestres insuaves, nemo unquam numeravit Damascena. Nos auctores fortè conciliabimus, si dicamus, apud Græcos alias Damascena fuisse vocata βερενία, apud alios vero brabyla sylvestres fuisse fructus. Sic Amftelredamenses ipēt ulmum vocant, contra apud Lügdunenses ipēt taxus est, arbores dissimillimæ, quo ad faciem, vires, naturam. Brabyla faciem hanc tradit Atheneus. εἰς δὲ πολὺ τὸν αἰρεθεντὸν μητρόπορον, μὲν τῇ οὐκκανέμπολα, τῇ δὲ εἰδοῦλῃ τῷ αὐτῷ, πλειον δὲ περιβογήν. Est autem brabylon fructus pruno vulgari ambitu minor, eodem sapore, sed paulo acrisius. Sed voce δελιμόπορον Atheneum male pro συφρότερον, vel δέντερον, usum volunt. Acerbius, inquit, prunum sylvestre, acidias Damascenum. Horum sententia non placet, idque duabus rationibus. Prima, quod brabylon quidem sylvestris fructus est, sed non sylvestris pruni pomum. Galenus enim eodem habitu de utroque tanquam diverso agit locis jam citatis. Deinde non sit probabile Atheneū in saporum nominibus errare, & alterum alterius loco ponere: hominis hoc est negligenter. Sensit quod res erat, & docebat experientia, in ea prunorum specie, quam ille intellexit appellatione βερενίας. Quod nam sit pruni genus brabylon affirmare nequeo. Sylvestre fuisse docet Galenus; optimum ac quidem Damascenum Suidas & Theocriti Scholiaſtæ. Inepte satis prunum Damascenum tamindum scribit auctor lexici Græco barbari; έξυποντία ιστι παράσητο τὸ λίγων απόδια Δαμασκηνά. Iberica pruna dulci succo sunt prædicta, carne duriori, gustu suavi, purpureoque splendent colore, parte, qua solem spectant, ex adversa caudicant, preffa digitis os internum dimittunt, oblonga, exili nucleo, ac longo. Aliud genus Hispanicum reperitur, colore gramineo, ingrato, succo melleo præditum, callosum, oblongum, os intus oblongum compressum acutumque. Cerea pruna nomen accepisse existimat à molitie, ac cerea tanquam mollia vocari, cum à flavescens ceræ colore nomen inditum Ovidius canat.

Prunaque non solum nigro liventia succo,
Verum etiam generosa, novasque imitantia ceras.

Auctor carminis in Priapum.

Magisque cera luteum nova prunum.

Belgæ witte ros prupmen vocant. Fuerunt hæc magnō in honore. Plinius, Sunt & nigra, ac laudatoria cerina atque purpurea. Cerina ex candido in luteum pallescunt, parvula sunt, dulcore insigni, maturantur Augusto; laudantur in hoc genere quæ magis cereo colore flarent. Prima caudicantia quæ & hordearia dicuntur, vel quod cum hordeo maturescant, vel quod hordei decorticati sint colore. Plinius loco citato, Ingens postea turbæ prunorum, versicolor, nigra, caudicans, hordearia appellata, à comitate frugis ejus. Belgæ witte prupmen vocant. De asininis hæc tradit Plinius. Alia eodem (quo hordearia) colore, seniora, majoraque asinina cognominata à vilitate. Columella onychina vocat, & circa messem, aut paulo post, inquit esse matura, lib. 12. cap. 10. Eodem tempore corna, & pruna onychina, & pruna sylvestria, nec minus genera pyrorum ac malorum conduntur. Onychina dicuntur, quod unguis referant colorem οὐκεὶ Græcis unguis. Belgæ pis prupmen vocant. Magnitudine reliquis non cedunt, colore flaventia, mollia, insipida, hircorum testiculorum formam imitantia, Augusto & Septembri matura redduntur; quæ crookheng & pallenkeng à Belgis vocantur, à Latinis nana nuncupantur. De cumana

cumana pruna t̄ier p̄cip̄men vocamus. Prunorum infinita sunt genera, & inexplicabiles differentiae, vario cultu, & studio inferendi inventae, cum nuci & malo, & amygdalo inferantur, quae faciem parentis, succum adoptionis exhibent. Plinius loco citato. Peculiaris impudentia est nucibus insitorum, quae faciem parentis succumque adoptionis exhibent; appellata ab utroque nuci pruna. Et h̄c autem & persica, & cerina, ac sylvestria, ut uva, autumno cadi condita, usque ad alia nascentia, atatem sibi prorogant. Reliquorum velocitas cito mitescentium transvolat. Nuper in Boetica malina appellari caperunt malis insita, & alia amygdalina amygdalis. His intus in ligno nucleus amygdalæ est: nec aliud pomum ingeniosius gemmatum est. Cæteras differentias minimè perlequi libet, à colore, succi sapore, magnitudine, figura, substantia sumptas. Colore sunt alba, viridia, lutea, cerea, rubra, ex punico rubentia, castanearum coloris, cærulea, ex cærulea nigricantia. Sapore acida, dulcia, medii saporis, austeriora. Magnitudo sunt magna, media, parva. Figura, longa, rotunda, acuminata. Substantia, mollia, dura, mediocria: in quibus-

dam caro siccior, facile abesse separabilis, aliis humidior, & pertinacius adhærens. Sunt carne pruni & cute subviridi, sed nucleo persici, quæ pruno persica, adversarium vocant auctores. Sylvestrem prunum Belgæ sleet doorn vocant, Græci ἀρειάν. Gal. libr. 2. de aliment. facult. ἐτε τῶν ἀρειῶν ποκκυρηλῶν ἡ αρειδητα παρέ οὐ μόνον καλοστοι, & prunus sylvestris quam primum apud nos etiam uocant. Idem Aegineta, & Etius. ὁ δὲ τῶν ἀρειῶν ποκκυρηλῶν καρπος — ποκκυρηλῶν δὲ τοῦ τοῦ Αἰγινα τῷ φυτῷ πολὺ αρειδητος. Pro sativa pruno an vocē hanc usurparint Græci non satis constat. Probabile tamen fit; quia apud Galenum lib. 9. c. 5. τὸ τάπου legitur. ἀρειάν τοις ἐξ Βούων ιστοιν ἐξ πρυνορυν sylvestrium sextarios duos, sorborum Ephesinorum sextarios duos. Verbum ἀρειών non solent addere Græci, nisi & sativa planta idem nomen habeat. an ἀρειδητη arbor haec dicatur à Theophrast. supra lib. 3. cap. 7. examinavimus. Virgilio Spinus dicitur lib. 4. Georg.

Eduramque pyrum & spinos jam prunaf-rentes.

Prunus.



Notat Servius, prunorum arborem vocati spinum generem masculino. Quod de sylvestri accipe: domestica enim spinis caret. Domestica prunus in omnibus, cogniti orbis regionibus dignitur; terram amat solutam & hortensem, arbor nemini incognita, mediocrem altitudinem & crassitudinem assequitur, leviusculo vestitur cortice, folia fert lata, & quam sint rotunda longiora, circumferentiis ferræ modo incisis: flosculi sunt albi. Fructus, ut dixi, facie valde differt. flores emittrit Aprili mense, aestate fructus maturi. Sylvestris prunus humilis, ac validis spinis munitus frutex est, sativæ multo brevior ac minor, ramis tenuioribus, durisque, hinc inde spinis aculeatis. Folia habet angustiora, duriora, ac minora; flosculi etiam albidi sunt, quibus deflorescentibus si imber ceciderit: fructus in oblongum & inane corpus convertitur; turcam vocant Itali. Sereno si celo deciderit, fructus sequitur quandoque major, quandoque minor, nonnunquam rotundus, non raro oblongus, è cæruleo virescens, officulo intus parvo, gustu admodum austero adstringens. Succum hujus pro acacia usurpat; unde nomen acaciæ Germanicæ accepit. Primo vere floret, autumno fructus coligitur. Locis in cultis reperitur, apud Belgas frequens.

Ἐλανη &c. vertunt. Nascitur peculiaris quadam materia circa Memphim, non ramis, non foliis, vel tota forma proprietatem sortita sed affectione quæ accidit. Verte nascitur circa Memphim, frutex quidam peculiaris, qui circa folia ac ramos, ac totam formam, reliquarum instar, nihil peculiare habet, sed propria quadam qualitate naturæ afficitur. Tὸ δὲ Ἐλανη, ut supra cap. 9. lib. I. dixi, frutex vel herba. Fruticem hoc loco expono, quia paulo inferitus legitur, νῆστος τὰ δὲ ιδιαὶ φύγαντες ὅστις ἀνθρώπος οὐδέποτε οὐδέποτε εἶπεν, &c. Hunc locum Plinius parum feliciter vertit, ac cum

Prunus sylvestris Dalecampii.



alia quadam arbore, quam hoc capite describit Theophrastus, confundit. lib. 13. cap. 10. *Sylvestris* fuit (verbum fuit in scriptis codicibus non reperitur) & circa Memphim regio, tam vastis arboribus, ut terni nequirent vel circumplexi. (Scribe, inverso ordine) ut vel terni nequirent circumplexi, unius peculiari miraculo, nec pomum propter usumve aliquem, sed eventum, facies enim spinæ (exemplar Salmanticense, facies est spinæ. Tolatenum, facies ejus spinæ. Fortè, facies ei est spinæ, scribendum.) Folia habet ceu pinnas, que tactis ab homine ramis cadunt protinus ac postea renascuntur. Magnus est error, ex frutice vel herba, arborem facere maximam quam tres homines circumplexi nequeunt, rectius Gaza τὸ ὄνυξ materiem reddidit. Materies quidem de frutice aliquo modo intelligi potest. Sed ὄνυξ, ut supra probavit, frutex humilis vel herba. Idcirco ὄνυξ sylvestrem circa Memphis fuisse regionem excogiavit Plinius, quod ὄνυξ apud Græcos sylvam denotet magnarum, ut plurimum, arborum. Theoc. eid. x 3.

Παντοίκης ἐν ὅρει Ιησού μηδεὶς ἀγέλην ὑλῶν.

Copiosam autem & sylvestrem (immensam Interpr.) in monte spectantes sylvam.

Propriè ὅλη Theophrastus materies, lignum, arbor destinata ædificiis & navibus. Theoph. libr. 5. ἡλιας εἰς τοῦ ποια ἢ ὑπερινέστη γένοσιν. οὐδὲ πιλα μαπηγόνιμος, Εἰσιγδεσκη, πιγετόν εἶται, &c. Inter arbores illas, quæ circa Memphis sylvestrem faciunt regionem, ὑλημα folio filicis vel pennæ avis. Ponitur à Plinio veluti illius regionis magna ac sylvestris quedam arbor; quod valde est ineptum, &c.

omnino à veritate alienum. Theophrastus postquam historiam absolvisset arborum quae in Aegyptio nascuntur, & terræ isti propriarū ultimo loco recenset, ὑλημα quodam foliis silicis, quod memorabile esse tradit, propter qualitatem & effectum quendam peculiarem, quem non habent cæteræ plantæ. His omnibus expositis ita subjicit. οὐ τὸν ἰδεῖν τὸν χωρὸν οὐτὸν διάδοξον οὐτὸν τὸν παρόντας εἶναι, &c. Inter plantas Aegyptiæ terræ peculiares, quas hoc capite describit, nullus est frutex vel herba, excepto hoc uno ὑλημα, quod postremo loco posuit. Cæteræ enim omnes arbores; ergo, ut alibi probavi, ὑλημα, hoc loco frutex vel herba. Hoc ὑλημα postquam delineasset, subiungit, omnes arbores, quæ in Aegypti regione proveniunt, miræ esse crassitudinis & magnitudinis, adeo ut circa Memphis Aegypti urbem arbor reperiatur, quæ à tribus hominibus non potest circumplecti. ἀπόστολος τῷ χώρᾳ — αἰτιαὶ λαβαρίσατε. Hæc non potuit distinguere Plinius, sed confudit, & perturbavit, & inter excellas & crassas arbores, quas terti homines circumplecti non poterant, hoc ὑλημα posuit, & regionem Memphiticam sylvestrem esse voluit, quasi ὑλημα foret sylva.

Καὶ τὸν ὄλυν μόρφου ἔχει οὐ τὸν ἴδειν, ἀλλ' εἰς τὸ συμβούλιον καὶ τὸ πολὺτον, &c. Hæc corrupta & depravata, καὶ τὸν ὄλυν μόρφου ἔχει οὐ τὸν ἴδειν, ἀλλ' εἰς τὸ συμβούλιον καὶ τὸ πολὺτον. Sententia est, nihil proprium habere hoc ὑλημα circa ramos & folia, τοτάμque formam esse instar reliquarum plantarum, sed peculiari quadam naturæ qualitate affici. Τὸ συμβούλιον παῖς Plinius eventum interpretatur. Eventus quidem est, τὸ σύμβολον & τὸ συμβούλιον; sed aliud planè est, τὸ συμβούλιον παῖς ὑληματος. Hic est seu qualitas fruticis vel proprietas; vel affectus quidam fruticis vel herbae, à natura illi contingens, hac voce denotatur.

Πτερύγη. In Aldino & Basiliensi πτερύγη. Plinius πτερύγη, ut in vulgaris codicibus habetur, legit vel πτερογή. Vertit enim, folia ceu pinnas habet. Quidam Botanici scribendum contendunt ὄμοιον πτερύγη; quomodo etiā legit Theodorus qui M St. usus dicitur codice. Idem est five πτερύγη five πτερύγη legas. Filix enim πτερύγη & πτερύγη dicitur, quod folia habeat στερεωτὰ, οὐ διστυγμῖα as πτερύγη. quod avis pennæ instar folia incisa & expansa habeat.


Filix Indica osmundæ facie.



*Αφωνιόδρα. Basiliensis & Aldinus codex: αφωνιόδρα. Theodorus απανθονόδρα. an Theodori an verò Constantini lectio melior, quis affirmabit? Nunquam mihi videre licuit plantam hanc à Theophrasto delineatam. Qui Aegyptum peragrarunt plantam hanc invenire hactenus non potuerunt. Ego, inquit Guillandinus, istam diu, multumque in Aegypte circa Memphis, Heliopolim,

Tanaim, & Alexandriam quæsitam, nusquam offendere potui. Nullam hujus mentionem facit Alpinus, nullam Bellonius, adeo, ut desperita videatur. Ad nos ex India occidentali, ex Virginis planta quædam allata foliis osmundæ, five aquaricæ silicis, latioribus tamen, tota aliquin facie silicibus similis. Hæc humanum tactum ferre non potest, non tamen fugit. Qua parte ab hominè tacta est, altero aut tertio, nonnunquam quarto die rubiginosa quædam appetat macula, quæ, non secus ac gangrena, humanum depascit corpus & sensum totum occupat ac extinguit, sic totum folium percurrit, & exsiccat. Exsiccatum alio subnascente decidit. Spinis nullis munita est hæc planta. Caulem nunquam vidi, an spinosus tempus docebit, non reticendum, quod hac æstate observavi, non tantum à tactu humano evenire huic plantæ quod dixi, sed & ab aëris seccitate, tota enim propemodum æstate delituit, quæ fuit secca admodum: periæ folia cuncta mense Iunio, nec ante Septembrem nova prodiere, cum initio Augusti rudimenta iterum ostendisset, quæ ob seccitatem subsecutam periæ, sine ullo meo damno, nam valde multiplicata radix, plures emisit novas plantas. Plantæ iconem addita tabella exprimit. Mirabilem plantam describit Garcias ab Horto lib. 2. cap. 27. Nascitur in Malavar planta mira naturæ; nam si quis manum admoveat, illico contrahitur. Folia polypodiæ, flores vero luteos habet. Nullus veterum hujus quod sciam mentionem facie. eam verò intelligere videtur, qui Americanus descripsit, quoniam in Peru provincia plantam nasci asserit, cuius folia solo contactu seccantur. Hactenus Garcias. An planta cuius iconem damus, eadém cum hac Americana sit, affirmare non audeo. Hoc observavi, à tactu, si non ab aëris seccitate, post dies quinq; vel sex folia contabuisse. Doctiss. Carolo Clusio in notis ad Garciam, non admodum absimilis videtur plantæ à Garcia descriptæ æschynomene, cuius Theophrastus hist. plant. 4. cap. 3. meminit: Opinionem hanc cur minus probem, facit, quod Garcias spinarum nullam facit mentionem. Deinde, non dicit Theophrastus contrahi folia, sed exsiccati, vel hebetata concidere. Fallitur & Simon de Tovar Hispanus, cuius mentionem non semel facit Carolus Clusius in suis Doctiss. Lucubrationibus, & plantarum historiis, quod acaciæ eam censem plantam, quæam Franciscus Lopez Gomara (hic Americanus descripsit, hunc intelligit Garcias) in historia generali, cap. 194. & 205. describit. Non nego acaciæ in occidentali India reperi, Americanam enim à Rodolpho Walburch, dum viveret, Pharmacopeo diligentiss. accepi. Differt hæc ab Aegyptia, quod flos huic admodum flavus, cum Aegyptia sit pallidus aut subflavus, Aegyptia spinis pluribus donata, hæc paucioribus: denique folia hujus dilutiiora, viridiora Aegyptia, hæc Americanæ acacia non est, planta filicis folio cuius meminit Theophrastus, quod frutex sit platus à Theophrasto descripta, arbor acacia; sed nec filicis folio, aut pennæ avis, sed tanaceti, vel scorpioidis leguminosæ. Nugatur Nicandri Scholiafestes, cum Heliotropium plantam filicis folio putat, quam hoc capite desribit Theophrastus. Vide cap. ult. lib. 7. an ab Apollodoro Æschynomene vocata sit, affirmare nequeo. Plin. lib. 24. cap. 17. Adjectit his Apalodorus affectionator ejus herbam æschynomene, quoniam appropinquante manu folia contraheret. Contra non scribit folia Theophrastus, sed exsiccati, aut hebetata concidere, si Gazam sequamur.

Cardiaca Mulleriana Indica.



Sed & Petrus Mullerius Professor & Botanicus Groningenensis celeberrimus, iconem eujusdam plantæ (ab hac

hac tamen multum diversæ ad me misit, ex Brasilia delata: cuius ipsamet verba ad me descripta hic addam.
" Hanc iconem mihi exhibuit naucleus quidam, curio-
" sus rerum naturalium, quam manu sua depinxit ad vi-
" vum, dicit esse fruticem facie buxi vulgaris, altitudinis
" cubitalis, quem circum civitatem Olindam in Brasilia
" devastatum copiose satis ait nasci, absque floribus aut
" fructu. Foliola expensa cordis referre formam, ve-
" rum, si modo quis digito ramulum attigerit, mox o-
" minia foliola istius ramuli complicari, reliquis explicata
" manentibus. Hujus vivas aliquot plantas in reditu
" proximo adferet nobis, cum indigenis nominibus.
" Quid si Cardiaca arborescens Muleriana? nostra enim
" insignia cordis gerunt formam. Hæc ille.

ΚΕΦ. Δ.

*De celte, & paliuro, & palmis Africæ sitientis: & Mero monte, ubi Liberum patrem
natum fabulantur, deque malo medica, & persica.*

Eστι σὲ τὸ λατοῦ, τὸ μὴ ιδίον γένος δέμερος, ήλικεν ἀπίθεν ἡ μικρὸν ἔλαστον. Φύλλον μὲν
συνημμένον καὶ πελμάδες. τὸ μὴ ξύλον, μέλας γέ-
νος σὲ αὐτοῦ ταλαιπωρία διαφορὰς ἔχοντας τοῖς καρποῖς. ὁ δὲ
καρπὸς ήλικός καύματος. πεπάνεται σὲ ἄστρον εἰ
βότενες, μεταβάσιδαν τοῖς χροίας. Φύεται σὲ καρδί-
περ τὸ μύρτα τοῦ διάληκτα. πικρὸς μὲν τὸν βλαστῶν
ἔσθιος μήποτε. σὲ τὸ τῆς λατοφάγοις καλυμμόντος γλυκύ-
κος ήδιος οὐσίας οὐκέτε ποτὲ τὸν κειλιαν ἀρρένον.
τὸ ηδίον καὶ απόρικο. εἴτε γάρ καὶ τοιχόν γένος. ποιεῖται
σὲ καίσιον εἶναι αὐτοῦ. πολὺ μὲν τὸ δενδρὸν καὶ πολύκαρ-
πων. τὸ οὖν Οφέλλας σερπόπεδον ήνικα εἶσαδίζειν εἰς
καρχηδόνα, καὶ τάχα Φασι ταλεῖς ήμέρας δύο λε-
πόντων τῶν Πτητηδείων περιχρήσαται. εἴτε μὴ τὸ οὖν τῇ η-
σιφῇ τῆς λατοφάγοις Φασι εἰς καλυμμόν, πολύς. αὐτῷ
μὲν δόπονεπικαὶ απέχει μικρόν· εἰς μὲν δύο τὸν μό-
νον, αὐλά πολλῷ ταλείων σὺν τῇ ηπείρῳ. ταλεῖσαν γάρ
ολας σὺν τῇ Λιβύῃ καρδίπερ εἴρηται. τοῦτο δὲ παλίγ-
ρος εἴτε. σὺν γάρ εἰσερχεται, τούτως εἰς καύσιν χρώντα.
διαφέρει μὲν τὸ λατοῦ τὸ διάληκτον τῆς λατοφάγοις.
οὐδὲ παλίσιον διαμινωδεῖσθοτον τοῦ λατοῦ. Φύλλον
μὲν παρόμοιον ἔχει τὸν συνημμένον καὶ παλίσιον διά-
φορον οὐ γάρ ταλατόν, αὐλά δὲ τροχυγγύλον καὶ έρυθρόν.
μέγεθος μὲν ήλικεν τῆς κέδρου ἡ μικρῷ μεῖζον. πυ-
ρεῖα σὲ εἶχε οὐ συνεστιόμηνον καρδίπερ ταῖς ροστί. ή-
διον σὲ τὸν καρρόν. καὶ εἰσὶ τοῖς οῖνον Πτητήν, καὶ οὐ-
τὸν ήδιον γίνεσθαι Φασι, καὶ τὸν οῖνον ήδιον ποιεῖν. Ενιοις
σὲ τὸ διάληκτον δενδρὸν διαμινωδεῖσθαι καὶ πολύκαρπων.
τῷ σελέχει σὲ δέ μητρας· τὸν μὲν καρπὸν " μετὸ γὰρ
κάρουν εἶχεν. τὸ σὲ σκότος καὶ σπρικῶδες αὐλά δέρμα-
τωδεῖσθαι. εἰδιόμενον μὲν εἰς τὸν γλυκύκον, αὐτὸν οὐ-
μον. καὶ τὸν οῖνον, οὐδὲ αὐτῷ ποιεῖσθαι διαμητέον, αὐλά
ηδίον ηγεῖται ήμέρας. εἰτ' οὐδένειν. ήδιον μὴ οὐ τὸν
καρρόν σὺν τῆς λατοφάγοις. ξύλον μὲν καλίσιον τὸν
κυρηναϊκόν διαμινωδεῖσθαι εἰναι τὸν χώρευν τὸν λατο-
φάγων. δὲ μὲν ξύλου τὸν ρίζαν εἴναι μελαντέραιον μὴ
πολύ πυκνεῖα σὲ ηδίον καὶ εἰς ἐλάσια χερσοίμενον. εἰς
γάρ τὸν οὐρανόν διατάξει τὸν Πτητηλήματα καρχηδόνη. τῷ
ξύλῳ μὲν εἰς τὸ σύντονόν τὸν αὐλούς καὶ εἰς αὐλά ταλείων. σὺν
μὲν τῇ μὴ υφιμένῃ τῆς λιβύης, αὐλάτε ταλείων Φύεται,
καὶ Φοίνικας μεγάλους καὶ καλούς, εἰς μὲν αὐλά τὸν οὐ-
μον Φοίνικας, αὐλαρχείδα τε εἴναι καὶ έφυδρον τὸν τόπον.
τὸν δέ σὺν πολλῷ Βάθεισθορέσθαι, καὶ ήδιον. οὐδέ τὸν μὲν αὐλά
καὶ τὸν αὐλούς τοῦταν αὐληλοις. οὐπο τε τὰ αὐλά Φύεται,
καὶ ξηρὸν καὶ αὐδορόν. εὐαίχχη μὲν καὶ τὸ φρέατον εἴναι
εκατὸν οὐργυῶν, οὗτον ταῦτα γίγνονται δύο τροχηλιᾶς αὐτοῦ.

" Ο τρίτης αἵρετος Bellonius cassiam nigrā purgatricem
Theophrastum his describere putat lib. 2. obseruat. cap.
37. Itaque nullum in universa Theophrasti historia lo-
cum invenientes, quæ cassia convenit, statuimus nullam
ejus mentionem fecisse, nisi forte tertio capite libri quar-
ti, ubi scribit, ipsi relatum, arborem circa Memphis tan-
ta magnitudine esse, ut tres homines nequeant ejus am-
plecti candicem; nam cassiae arbores ita minores non
sunt nostris juglandibus, &c. In tanta brevitate nihil af-
firmare audeo, de cassia supra egi.

Καὶ δέποτε πολλάκις. Malè in Aldino & Basiliensi codice
forte πολλάκις legendum, sed vulgata placet. De silphio,
ejusque succo vide cap. 3. lib. 6.

C A P. IIII.

Celtis proprium genus, prestat magnitudine,
quanta pirus, aut paulo minore. Incisuras fo-
lium habet, ac illicis esse videatur. Materies
nigra. Genera ejus plura, fructibus inter se discre-
ta produntur. Fructus magnitudine fabæ, mature-
scit uvarum modo, varie colores immutans. " Na-
scitur quēmadmodum myrtæ adversa inter se, den-
tis super germina, editur ab iis quos Lotophagos modo, den-
vocant, prædulcis, suavis, innocuus, atque etiam sus in ramis
altera se-
t bona frugis. Ventribus est suavior, qui sine li-
no interiori est: nam vel genus hujusmodi red-
ditur, & vinum eo exprimitur. Multa hæc arbor, lo utilis, suar-
fructuque copiosa est. Exercitum itaque Ophelli, vior qui sine
cum in Carthaginem proficeretur, vel eo fructu nucleus est.
diebus pluribus pastum commeatuum defectu, acce-
pimus. Est igitur in insula Lotophagia Pharide vo-
cata larga copia, τὸ cæterum non minor in conti-
nenti, sed longe largior est. Plurima enim hæc sita non mul-
omino in Africa, & paliurus, ut retulimus: quip-
pe apud Hesperides hisce ad urendum utuntur. Sed
hæc celtis distat ab ea, quæ Lotophagorum. Pa-
multa; sed
liurus certe fruticosior est, folio huic nostrati simili.
Fructu diverso. non enim lato, sed rotundo, sicut in epi-
rubroque: magnitudine, qua cedri, aut paulo mi-
nore. Nucleum non mandendum, modo acino-
rum punici habet. " Fructum vero jucundum per
se. Atque si quis vinum infundat, tum ipsum fua-
viorem, tum vinum suavius reddi asseverant. Non-
nulli τὸ cætrum arborem fruticosam, ramosamque τὸ lotum ar-
tradunt, τὸ caudice firmo, vel fideli, fructu nuce borem fru-
obducto, parte externa minime carnosæ, sed po-
tici proprie-
tatis pelliculari. Cibo non tam dulci, quam gusta-
tu alias grato, & vinum, quod eo exprimitur, so, fructus
non nisi binos, & ternos dies durare, dein ace-
magnitudi-
scere. Suaviorem itaque fructum apud Lotophag-
ne & forma-
gos esse: materiem autem optimam in Cyrenæ nucis Iu-
provincia, tractumque Lotophagorum fervidio-
gladis. Vul-
rem confirmant. Radicem autem quidem mul-
gata si pla-
to nigriorem, quam lignum, sed minus spissam, &
cette lectio,
ad pauciora accommodam. Quippe tantum ad pu-
giones, τὸ glutinamentaque usui est. Lignum, tibiis, nucis puta-
& aliis plerisque expetitur. Parte autem Africæ,
qua nunquam pluit, pleraque alia, & palmas ma-
gnas, atque optimas provenire ajunt. Cæterum
ubi palma, salislaginem, & riguum esse locum,
nec admodum in profundo aquam competriri, &
dulcem, & ibi salam invicem propinquas. At ubi
reliqua oriuntur, solum siccum, & omni aqua
orbatum esse: alibi vero puteos etiam esse cen-
tum passuum, ut non nisi jumentis per vertigi-
nem haurire possint. Quarnobrem mirum quo tan-
dem pacto effossæ sint altitudines tam profundæ.

Igitur

μάν. διὸ καὶ θευματόν, πῶς τοπώ αρύχθη τηλικαῦται
βαθή. τὸ δὲ οὐ τῶν ὑδάτων τῶν ιαστοῖς φοίνικες,
καὶ τὸ Αμμωνόν εἶναι. Διαφορὰ δὲ ἔχον τὸν εἰρ-

ημέρων βασι. μέρος. Φύεται δὲ τῇ μὴ υγρῷ τῷ θύμου πολύ. καὶ
ἄλλα ιδιάπερ καλέα γίνεται συπόδια, οὐ μάκα, καὶ
δοριάδα, καὶ σρούτον καὶ ἐποχτῶν θηρίων. ἀλλὰ ποτέ
μέρος ἄδηλον, εἰς ἀκτοπλεύσης πόρθμα. Διὸ γάρ τὸ πά-

χθονίων πάντας τὸν πόρθμαν ποτέ. τὸ δὲ τῶν λιαν, οἷος
οἴφεων, σωρῶν, καὶ τῶν τοιάτων, Φανερὸν ὅπις ἀποτε-

λεῖται. οὖτις δὲ τὸν πόρθμόν τοις λιανοῖς οὐτοῦ
τούτων πάντας τὸν πόρθμαν ποτέ. τὸ δὲ τῶν λιαν, οἷος
οἴφεων, σωρῶν, οὐτοῦ τοις λιανοῖς οὐτοῦ πόρθμον ποτέ.

τούτων πάντας τὸν πόρθμόν τοις λιανοῖς οὐτοῦ πόρθμον ποτέ. τὸ δὲ τῶν λιαν, οἷος
οἴφεων, σωρῶν, οὐτοῦ τοις λιανοῖς οὐτοῦ πόρθμον ποτέ.

τούτων πάντας τὸν πόρθμόν τοις λιανοῖς οὐτοῦ πόρθμον ποτέ. τὸ δὲ τῶν λιαν, οἷος
οἴφεων, σωρῶν, οὐτοῦ τοις λιανοῖς οὐτοῦ πόρθμον ποτέ.

τούτων πάντας τὸν πόρθμόν τοις λιανοῖς οὐτοῦ πόρθμον ποτέ. τὸ δὲ τῶν λιαν, οἷος
οἴφεων, σωρῶν, οὐτοῦ τοις λιανοῖς οὐτοῦ πόρθμον ποτέ.

τούτων πάντας τὸν πόρθμόν τοις λιανοῖς οὐτοῦ πόρθμον ποτέ. τὸ δὲ τῶν λιαν, οἷος
οἴφεων, σωρῶν, οὐτοῦ τοις λιανοῖς οὐτοῦ πόρθμον ποτέ.

τούτων πάντας τὸν πόρθμόν τοις λιανοῖς οὐτοῦ πόρθμον ποτέ. τὸ δὲ τῶν λιαν, οἷος
οἴφεων, σωρῶν, οὐτοῦ τοις λιανοῖς οὐτοῦ πόρθμον ποτέ.

τούτων πάντας τὸν πόρθμόν τοις λιανοῖς οὐτοῦ πόρθμον ποτέ. τὸ δὲ τῶν λιαν, οἷος
οἴφεων, σωρῶν, οὐτοῦ τοις λιανοῖς οὐτοῦ πόρθμον ποτέ.

τούτων πάντας τὸν πόρθμόν τοις λιανοῖς οὐτοῦ πόρθμον ποτέ. τὸ δὲ τῶν λιαν, οἷος
οἴφεων, σωρῶν, οὐτοῦ τοις λιανοῖς οὐτοῦ πόρθμον ποτέ.

τούτων πάντας τὸν πόρθμόν τοις λιανοῖς οὐτοῦ πόρθμον ποτέ. τὸ δὲ τῶν λιαν, οἷος
οἴφεων, σωρῶν, οὐτοῦ τοις λιανοῖς οὐτοῦ πόρθμον ποτέ.

τούτων πάντας τὸν πόρθμόν τοις λιανοῖς οὐτοῦ πόρθμον ποτέ. τὸ δὲ τῶν λιαν, οἷος
οἴφεων, σωρῶν, οὐτοῦ τοις λιανοῖς οὐτοῦ πόρθμον ποτέ.

τούτων πάντας τὸν πόρθμόν τοις λιανοῖς οὐτοῦ πόρθμον ποτέ. τὸ δὲ τῶν λιαν, οἷος
οἴφεων, σωρῶν, οὐτοῦ τοις λιανοῖς οὐτοῦ πόρθμον ποτέ.

τούτων πάντας τὸν πόρθμόν τοις λιανοῖς οὐτοῦ πόρθμον ποτέ. τὸ δὲ τῶν λιαν, οἷος
οἴφεων, σωρῶν, οὐτοῦ τοις λιανοῖς οὐτοῦ πόρθμον ποτέ.

τούτων πάντας τὸν πόρθμόν τοις λιανοῖς οὐτοῦ πόρθμον ποτέ. τὸ δὲ τῶν λιαν, οἷος
οἴφεων, σωρῶν, οὐτοῦ τοις λιανοῖς οὐτοῦ πόρθμον ποτέ.

τούτων πάντας τὸν πόρθμόν τοις λιανοῖς οὐτοῦ πόρθμον ποτέ. τὸ δὲ τῶν λιαν, οἷος
οἴφεων, σωρῶν, οὐτοῦ τοις λιανοῖς οὐτοῦ πόρθμον ποτέ.

τούτων πάντας τὸν πόρθμόν τοις λιανοῖς οὐτοῦ πόρθμον ποτέ. τὸ δὲ τῶν λιαν, οἷος
οἴφεων, σωρῶν, οὐτοῦ τοις λιανοῖς οὐτοῦ πόρθμον ποτέ.

τούτων πάντας τὸν πόρθμόν τοις λιανοῖς οὐτοῦ πόρθμον ποτέ. τὸ δὲ τῶν λιαν, οἷος
οἴφεων, σωρῶν, οὐτοῦ τοις λιανοῖς οὐτοῦ πόρθμον ποτέ.

τούτων πάντας τὸν πόρθμόν τοις λιανοῖς οὐτοῦ πόρθμον ποτέ. τὸ δὲ τῶν λιαν, οἷος
οἴφεων, σωρῶν, οὐτοῦ τοις λιανοῖς οὐτοῦ πόρθμον ποτέ.

τούτων πάντας τὸν πόρθμόν τοις λιανοῖς οὐτοῦ πόρθμον ποτέ. τὸ δὲ τῶν λιαν, οἷος
οἴφεων, σωρῶν, οὐτοῦ τοις λιανοῖς οὐτοῦ πόρθμον ποτέ.

Igitur aquas subditas palmis vel ad Ammonis delubrum esse ferunt : verum differentiam , quam diximus , obtinet. Thymum quoque , parte pluvia carente , plurimum nasci , & alia peculiaris naturae complura , atque etiam leporem isthic gigni , & damam , & struthum , & alia ex genere bestiarum. Sed haec an locum aliquem bibendi gratia petant , incertum est. Præsertim cum post est. Tum dies aliquot bibant , ut nonnulla ex urbanis tertio , quod proprietate , vel quarto die potum ducuntur. Serpentes autem , lacertæ , & similia quod sine potu vivere possunt , nulli dubium est. Afros haec onus mandere affirmare ajunt : qui & apud nos vermis quidam multipes , aterque gignitur , t sese in orbes con-post. volvens. Hunc autem locis illis multum admodum porcellionem. naturaque esse humidum narrant. Rore vero partem carentem pluvia , semper abundare. Quapropter palmam , & si quid aliud in t humidis proveniat , partim eo , quod de terra ascen-dit , partim rore constat nutriti. Satis enim humoris est , pro magnitudine , & natura eorum , utpote sicca , & è siccis constante : & pro desiderio arborum , quæ cum plurimæ non sunt , tum peculiares nascuntur. De laserpitio qualēm habeat naturam , postea indicandum. In Asia vero apud singulos peculiaria quadam proveniunt. Quædam namque proferunt terræ , quædam nullo modo producunt. Ut in Asia ederam , & abietem parte superiori Syriae , itinere à mari quinque die rum , enasci negant : sed in India visam in monte , cui Mero nomen , affirmant , quo Liberum patrem ortum fabula ajunt. Qua de causa Alexander cum aliquando ex India descenderet , corona-tus & ipse , & exercitus ibat. Harpalus vero in Media tantum locare eam contendit , serendo sa-pe hortis Babylonis , & curiose colendo , sed nihil efficere potuit. Hæc enim nullo pacto vive-re valebat , sicut reliqua , quæ è Græcia sunt reliqua adiecta. Hoc igitur ob cœli conditionem regio nonnulla , recusat. Et buxum vero , & tiliam vix summo que conatu recipit. Nam his & cultores hortorum ve-hementer laborant. Alia vero tum in arborum genere , tum in stirpe humili , peculiaria gignit. Et omnino plaga ad exortum , atque meridiem spe- t quædam. Etans , ut animalia , ita etiam plantas præter cœ-sicam aut. tera loca peculiares ferre videtur , ut Media pro-medicā vo-vincia , & Persis tam alia plura , quam malum , can. Habet hæc arbor t quædam Medicam , & Persicam vocant. Habet folium simile , & pene æquale , atque le ac ferè a-portulaca : aculeos quales pirus , aut spina acuta , quale atque sed leves , acutosque vehementer , & validos. Po-adrachne mum ejus non manditur , sed odore præcellit ; nec laurus , nux non & folium arboris odoratissimum est. Et si in- aculo qua-les pira-ter vestes pomum t ponatur , inoffensas conser-vat. Vtile & cum medicinam mortiferam quis bi-cuta. berit , vel ad oris suavem olentiam. Quippe si quis t utilis Gæc interna pomi in jure , aut aliquo humore conco-medicinam etiæ in os expresserit , digesseritque , suavem ha-quæ morti-litum reddet. Semen detractum vere fulcis seri-feram bibe-tur diligentissime cultis. Rigatur deinde quarto rit , quia pot- aut quinto die. Cum autem majuscula fuerit , trans-alvum de-fertur vere iterum ad molle riguumque solum , turbat , & nec valde tenui. tale enim desiderat. Fert po-venenū ex-imæ omnibus horis , aliis decidentibus , aliis sub-git. G ad- o-nascentibus , aliis mætientibus. Floribus his doris sua-tantum fructus enascitur , qui (ut diximus) velu-conducit ti colum quandam extantem , in suo medio ge-quippe. runt : qui enim ea careant , in fœundi labuntur. nullo non Seritur etiam fistilibus in vasis perforatis , quem anni tempo admodum palma. Hæc itaque (ut dictum est) Per-re pomifera fidei , Medicæque familiaris habetur.

IULII CÆSARIS SCALIGERI ANIMADVERSIONES.

En ἀληθείᾳ. Cum narravit lotum Ε Paliurum, ad eam historiam descendit, atque exiit ab Aegypto. Ita vides disceptum propositum. Nam primum de arboribus in agendum fuit, que regionibus omnibus communes sunt: deinde de propriis, tum de rariis ac mirabilibus, & quæ Aristoteles appellat, ἀνέκτιμα.

Πρὸς τὸν κατιδιων ἀρχὴν. Theodorus, atque etiam bona frugis. Sanè laxa interpretatio, & ambitiosa. ventriculo utilis. Lege ἀπίγλωσσον, non autem πίγλωσσον: & lege λατοφάσιον. Theodorus omisit. αὐτὸν δὲ σύσκεττον, & ἀπίκαιον μήκος. Ea insula sita est haud longe à continenti.

Οὗτος παλιοὺς. Male interponit historiam Paliuri. Namque Loti mox repetet narrationem.

Ηδωνὴ τὸν καρπὸν. Theodorus addidit: per se. Idem, τὸν στέλεχος σύστοχος: caudice firmo, vel fidi, ambitiosissime.

Τὸν δὲ καρπὸν εἶναι τὸ καρπὸν τοῦ καρποῦ. Theodorus, Fructu nuce obducto. Nux igitur non erit totus fructus, sed putamen. Declarat deinde cuiusmodi sit ea nux, quippe coriacea. Talis quoque est castanea: que nihilominus in genere nucum numeratur.

Ἐπικαλύπτει, Theodorus, glutinamenta. Sanè nondum intelligo, sed tessellas voluit significare, & alia ejusmodi. Lignum enim radicis rarus, admittit gluten. Plinius cum τὰ ἡγεμονία, quasi glossemate explicasset: cultellis, inquit, capulos: τὰ ἡπερβάντα, latius est interpretatus. brevēsque, inquit, alias usus. Infrā apertius probabis sententiam nostram.

Ἐπειδὴ τὸν μὲν οὐκέτι. Nunc arborum genera repetit, que tametsi communes sunt, diversarum tamen regionum natum patiuntur.

Ἄπο τεχνῶν. Theodorus, per vertiginem. Machinūs jumentorum aut hominum opera circumactis. Καὶ διέμενον πόλιν. Theodorus legit, θύμον, & convenit.

Οὐρανὸς τῶν. Sic lege. Est δὲ, quem etiam medici, θύλον, Italia Porcellatum vocat. Mirum in locis aridis inventiri. Nam apud nos fermè sub hydriis, carinato dorso, & multipes est. Non tam συντετριψθεῖσα, ut scriptum est, quam συσφαιρίσθεῖσα, id est, conglobans felse. Serpentes atque alia

oblonga in spiras se colligunt: at ille Asellus, sicut Ε Erineus, in pilam.

Καὶ τὸν φύτην τὸν αἰρετικὸν. Theodorus legit, εὐθεγεια minus aptè. Reddit enim rationem, qua arbores uidis affuet locis, etiam in aridis provenire queant. Quippe si εὐθεγεια sint: haud quaquam opus habeant, τοιχοῖς οὐδὲ αἵρεται δεῖ τῆς γῆς. Καὶ τὸν τούτον, δεῖ τὸ δρόσον.

Ωστε τὸ μηχανή. Theodorus huic parti mutile, atque obscurè multam afferre lucem conatus est. Sic leges, οὐκέτι μηχανή, & διάδεξε ψόφον τὸν τούτον. Οὐαὶ sequuntur maiore cura corruganda curabamus, quām fecisset Harpalus, ut aleret Ederam in Asia. Verū equidem atque ille, operam lusi. Ad hunc modum meditabatur. Διὸ καὶ οὐδεὶς αὐτὸν ιδεῖν τὸν τούτον ιστοφαρμόν τὸν λίχεται, τὸν αὐτὸν, καὶ οὐ σερνίσει. εἰτα μὴ εἴρηται, scilicet λίχεται post Merum montem, neque in ceteris Asia partibus, præterquam in Media. Iccirco dicas, τὸν δὲ άλλα τὸ μηχανή μόνον. Froptere quod ad Pontum pertinet: cui Edera sit familiaris. At Plinius id quoque negat. Ait enim in Media Harpalum serende Ederæ studium frustra posuisse. Plutarchus pessimè assignat caussam in symposiis: quia calida planta sit, calida loca aspernari. Hoc melius nos ex Aristotele. quedam enim in similibus, quedam in dissimilibus proveniunt. Illæ, quodd convenienter: he, quodd resistant. verū nō est locus. Verbū διφοιοπομῆν Theophrastus expressit Plutarchus similis, φιλονεργῶντος. Leges, πότον μὲν οὐ διξέπου χώρα, negative. Et nota, μαγγαῖος, pro eo, quod est, coacta.

Ταῦτα δὲ αφίην. Lege, αφίηται, ex Atheneo. Contra apud Atheneum ὑπάρχει, non autem ὑπάρχει. Item hic ita leges ex eodem: Φύλλον μὲν ὄμοιον, καὶ φύλλον ἴσον τὸ τῆς διάφυτης, ηδεράχνης, η καρπός. Et mox, εἰπεὶ τὸν τούτον τονικόν της θυσίας φαγεῖσθαι. δέοντα τὸν τούτον διαγέλλει τὸ καρπόν τοῦ φρέματος, &c. Quam lectionem etiam agnoverisse videtur Poëta. Laurus erat. Hoc enim deerat, δύφις. Et Membris agit atra venena. Vnum litigant: Sit ne Citrum, an Arancium, quia dicit, Arbor impens. Sane meminerint Arancis folia non esse Laurina, sed longe diversa. Sunt enim duplicita, sive potius geminata. Quod autem Theophrastus ait, τὸν δὲ αὐτὸν οὐτα, μαγγαῖος επομέρ. τοῦ fecit in primo libro.

ROBERTI CONSTANTINI ANNOTATIONES.

Λοτος. Lotus hæc, est Celtis Plinii lib. 13. cap. 17. Italicorum perlario sive Bagolaro, & Bergomatisbus Romiglia, nobisque Alisier. περιάδεις, mendosæ pro περιάδεις. Sed hic error etiam irrepererat Plinii tempore. Sic enim vertit; Incisuræ folio crebriores: alioquin ilicis viderentur.

Τὰ μέρη τοῦ θραύσηλα, περιάδεις τοῦ τοῦ, &c. Ea germana leto, cui suffragatur Plinius. Sed non dissimilabo me hanc notam in nostra Loto desiderare. Non sunt enim ut myrti fructus τοῦ θραύσηλα, etiam si gemini pingantur nonnulli.

Πρὸς τὸν καρπὸν δράσθε, id est, διστριψθεῖσα, ut in ea voce hunc locum videre poteris expositum in Crispiniano Lexico. Aliud est, θραύσης. Ηδωνὴ δὲ ἡ απόρησθε. & Plinius, melior sine interiori nucleo. Hæc Lotus secunda frequens in Sabaudia: fructus vocant Ambrozelles, in Provincia Amanches, & arborem Amalencher. Καρπὸν reposuit in impresso fuit ζεῦς. Alia est Lotus Polybiæ apud Atheneum lib. 14. Arbor spinosa, foliis rhamni paulò longioribus & latioribus, fructu, cum maturuerit, coloris punicei, intus nucleo parvo, &c. Quas notas omnes illius loti in Zizypho Cappadociae, non verò communi & urbana reperies. Παλιοὺς. Hæc Paliurus Africana, de qua ex Theophrasto Plinius lib. 13. cap. 19. non est agrifolium, sive aquifolia, id est, οὐδὲ huic authori diversa δοῦλος αἴσια ex ilicis genere, potius est zizyphus sylvestris: fructus, sylvestres jujubas vocant. Veram Africa Paliurum describit ita Ioann. Leo Africanus cap. de Zarfa, Spinose arbores, quarum fructus Rabich vocatur Arabicè, cerasis minores, zizyphis similes ferè sapore, &c. Tὰς καρπούς, lege τῆς καρπού, vel potius & τῆς καρπού: & καρπούς intellige. Sic enim fructus cedri.

Πορφύρα δὲ οὐχὶ εἰσιν οὐδὲροι, καρπὸν τοῦ πορφύρα. Ergo edulis est fructus paliuri hujus, sed non agrifolii bacca. Plinius ex hoc loco, Cyrenaica regio loton sive postponit paliuro. Fruticosior hæc fructuque magis rubens (non malè, licet Theophrastus Loti prioris fructum rubere ante maturitatem tacuerit. rubescit enim. dicebatque idem Plinius totum fructum esse tunc colore croci). Υ cujus nucleus non simul manditur: jucundus per se (id est fructus sine nucleo) atque suavior ē vino, quin & vina succo suo commendans. Hæc adduxi ut Plinio succurrerem, immerit hic culpato à viro

alioquin eruditissimo; qui etiam fallitur, quium censet in Theophrasti codice mendum subesse, quia scriptum fit καρπός τοῦ πορφύρα; nec enim τὸ πορφύρα tribui punicis. Atqui legit ipsum auctorem lib. 2. de Causis cap. 9. ubi disertè ait punicam καρπὸν τοῦ καρποῦ πορφύρα. Et in distinctione punicorum lib. 1. cap. 9. ejusdem operis dicit, quod quedam ἀπίκαιος, & καρπός πορφύρα. Nolo pluribus.

Εὐσάχης. Alii σύστοχος. Integra lectione σύστοχος, id est, bene crassum, sive præcrassum, ut Plinius. Μετὰ τὸ καρπὸν καρπὸν αὖτις τὸ πορφύρα, alibi sumi observavimus: & hic πίζα legend. Οὐδέποτε restitui. erat οὐδὲν. Vide Plin. lib. 13. cap. 17. de Loti vino. Eis δὲ τοῦ πορφύρα legi prorsus debet, εἰς τὸν οὐαλόν, etiam Plinius auctoritate justisque aliis rationibus, quas in Lexico Crispiniano invenies in fine observationis hujus vocis λατέσ.

Αλικῶν & οὐταν μιττα in ἀλικῶν & οὐτα si videatur. Nam mibi ut scriptum, visa est non modo tolerabilis, sed etiam elegans oratio. Τερρανῶν. hic locus exponitur in Lexico Crispini in voce τερρανῶν. Βαθὺ quidem sunt altitudines etiam Ciceroni: sed si ad verbum effossa altitudines convertas, malè falsus & nasutior aliquis rideat, quod in altitudinem excavetur terra, non verò altitudo. Idem mollius exprimere studiu sensu auctoris servato. Nec enim necesse verba admetiri, & sua cuique lingue proprietas, cuius observatione interpres astringitur. Hoc simul & semel liceat excusare. Εἰ τὸ μὲν οὐδὲν, τὸ πορφύρα τὸν τούτον, perpetuo fitientia Africæ, dicit Plinius lib. 10. cap. 73. ubi videbis quedam hujus loci, ut, quod, in Africa major pars ferarum æstate non bibant, inoxia imbruum, est.

H̄ τερρανῶν. Exempli sunt camelii, de quibus Plinius lib. 8. cap. 18. Sirim & quatuordecim tolerant, implenturque cum bībendi occasio est, & in præteritum, & in futurum, &c.

Τοῦ μὲν πορφύρα οὐτα. videbis Plinius lib. 10. cap. 72.

"Oros iδεις reposui. Videbis in Crispiniano Lexico hujus loci expositionem copiosam, & correctionem in voce οὐτα.

Δηλον οὐν substitui pro δηλον, necessaria distinctione vocum. Κλεῖσον. Hæc convertit Plinius lib. 16. cap. 34.

Καὶ τὸ οὐτα malo legere, ut lateat ante exceptionem negatio,

tio, quod acutius Plinius intellexit. *Ei* μὲν ἄνη. Hoc vulnus sic obligabo, donec sanitur inventione melioris codicis.

Ἐσφαροῦσιν τὸν κατέωντα οὐρανόν εἰς αὐτὸν καὶ σεπταῖς πεπολιτεῖται Διόνεος μηδικῷ. ταῦ δὲ ἀλλατού (intelligere τὸν Αἰστὸν χωρῶν) μὲν ἄνη εἰς Μηδικόν ποστον. *Θεοφράστης* εἰς τὸν κατέωντα οὐρανόν εἶται. Hanc lectionem tunc Plinius. lib. 16. cap. 34. Vbi tamen ipsius errori

IOANNIS BODÆI A STAPEL

Aπὸς ab antiquo verbo, λῶ nomen accepit. λῶ idem quod ἵππυν. βλέπω, γίγνωσκω, desidero, video, volo. Vide cap. ult. libr. 7. λῶν vocis ὀμονοία libro & capite citato explicatur; sufficerit hoc loco dixisse, λῶν nomiunquām omninem denotare plantam. Hesychius λῶν τεχνητῆς π., καὶ αὐτὸς, καὶ διδογή, καὶ πόσα κυριας τὸν τοῦ λίθου φύσειν. καὶ πόσα αἰδοῦς, καὶ κυρπός εἰς θεῖς λαβοφάρων. lotus est tragema aliquod, & tibia, & arbor, & herba, peculiariter planta in locis humidis vel pinguibus (λίθος, Suidæ τετραγόνος. Hesych. λίθος τετραγόνος λιπαρός.) omnisque flos & fructus apud lotophagos. De loto arbore hoc capite agit Theophrastus. Quārū solet, utrum lotos arbor, an vero Ἑgyptia nata sit ex Lotide Nympha, Priapum fugiente? Fabella est apud Ovid. 9. Metamorph.

Haud procul à stagno Tyrios imitata colores
In spem baccarum florebat aquatica lotos.
Carpserat hinc Dryope, quos oblectamine nato
Porrigeret flores, & idem factura videbar;
(Namque aderam) vidiguttas ē flore cruentas
Decidere, & tremulo ramos horrore moveri.
Scilicet, ut referunt tardi nunc denique agrestes,
Lotus in hanc Nymphe fugiens obsecna Priapi
Contulerat versos matato nomine vultus.

Arborem intelligere Poëtam, multa suadent, quod baccas habere ait colore Tyrio, id est, rubro purpureo, qualis loti arboris baccæ. Ἑgyptia, ut suo loco dicam, baccas non fert. Deinde, quod ait, ramos horrore moveri. Arborēs ramos ferunt, herbæ caules. Maximè autem de arbore loqui Poëtam, quod sequitur, demonstrat;

Non poteram tibi ferre soror; quantunque volebam,
Crescentem truncum, ramosque amplexa morabar.

Nihil impedit esse arborem, quod canat. Florebat aquatica lotos, quod lib. 10. salicem & aquaticam jungat lotum. Amnicola salices & aquatica lotus.

Tos λῶν &c. Lotus hæc à Romanis lotus dicebatur, & faba Græca. In Africa vero celtis vocabatur. Plinius lib. 13. cap. 17. Eadem Africa, qua vergit ad nos, incognitum arborem loton gignit, quam vocant celtim, & ipsam Italia familiarem, sed terra mutatam. Idem lib. 16. c. 31. Lotos sive faba Græca, quam Roma à suavitate fructus sylvestris quidem, sed cerasorum penè natura, loton appellant. quod cerasum referat, aut halicacabum solani genus quod cerasum mentitur. Infima Græcia, fructum hujus arboris ἀλικακούσαν vocavit. Hesychius, ἀλικακούσαν ὡς τὸ λατον κεραπός, καὶ πόσα αἰδοῦς. Ipsam arborem ἀλικακούσαν vel ἀλικακούσαν appellavit Lexicon iatædæ. λατον ἡ τῆλε, λατον ἡ αἰδοῦσα. Cur ἀλικακούσαν nuncuparint, dixi. Sed cur fabam Græcam vocavit Plinius? A rotunditate fructus, quæ fabam à Græcis delineatam refert. Græcorum enim faba rotunda, ut suo loco dicam. Contendere quosdam video, loton, quæ faba Græca vocatur, diversam esse à Lotophagica, quia Plinius libr. 24. cap. 2. scribit; *Loton herbam, itemque Ἑgyptiam, eodem nomine alias & Syrtican arborēm diximus suis locis. Hæc lotos, que faba Græca appellata à nostris, alvum sifit &c.* Non distinguit, à lotophagica lotum, quam fabam Græcam vocat, Plinius. Verborum Plinius hic sensus; Eodem nomine alias, & Syrtican arborēm diximus suis locis. Hæc (Syrtica scilicet) lotos que faba Græca appellata à nostris, alvum baccis sifit. Idem enim de vulgari loto tradit Dioscorides, εὐθέματα, καὶ λίπας σεγνωπύ. τοῦ δὲ πειραμάτων τοῦ ἔντελον αἴριψηρε πινόδημον τὸν ἐπικλυσμόν, βοήσει δυσοπτεραγοῖς Εἰς γνωστὴν ἤντελον. Χαροφίζει δὲ καὶ τεχναὶ εἰς τεχναὶ γαστραὶ πίουσα. Quæ Plinius in hunc sensum reddidit; *Alvum baccis sifit, ramenta ligni decolla in vino prosunt dysentericis, menstruis, vertiginis, comitialibus. cohident & capillum.* Dioscorides comes ait tingi flavo colore. unde quidam colligunt legendum, ἀντὶ ζευδίζει, σοφει. Confirmat hanc lectionem Galenus, καὶ τὰς πεντετεχναὶ τεχναὶ εἰπίχειν αὐτας, ὅτι συστίκης πόσα αἱμα τῷ μετεῖλος ἐπογίνεται εἰς δυνάμεων εἰς μικροὺς σημεῖα. Quin etiā quod pilos defluentes cohibeant, non mediocre signum est, ip-

tribuendum puto, quod dicat Harpalum id tentasse in Mo-dis, quum Theophrastus aliter.

Ta. εἰς. Potius πάντα οὐκ Μῆλον τὸ μηδικόν. Totus hic locus expōnitur, & emendatur in lexico Crispini in voce Κιδηφός. Αντὶ δὲ hic ἀντὶ τοῦ αἰχνέως, ut apud Plusarchum in Problematibus.

NOTÆ ET COMMENTARIUS.

sum adstringentis esse cujusdam, similiter mediocriter deficcantis facultatis. Εἰς δὲ tamen mutare non ausim, quod apud Serapionē legatur, rubrificat capillos & strin- git eorum radices, ne cadant. Alii verba, γαστραὶ πίουσα, de- dent. Malo scribere, ξανθίζει τὰ τεχναὶ, & τεχναὶ πίουσα, nem-pe τεχναὶ. Ruffat capillos, & defluentes cohibet. Άετις & μὲν πεντετεχναὶ τεχναὶ. Lotos ergo lotophagica, eadem quam fabam Græcam vocat Plinius, nec de alia loto quam lotophagica agunt Dioscorides Galenus, & Άετις, neque lotorum historiam confundunt. Sed qui historiam lotorum Græcos medicos confundere scribunt, ipsi hanc perturbant, nec illam satis intelligunt, ut ex iis quæ dicentur palam fieri.

Ἡλίας αἴτος, ή μικροὺς λατεῖται, &c. Plinius lib. 13. Praecipua est circa Syrites, atque Rhassamonos. magnitudo quæ pyri, quanquam Nepos Cornelius brevem tradat. Sunt qui duo loti genera à Plinio confundi existimant, lotum scilicet Theophrasti ac Polybii. Neporis, inquit, sententia eadem cum Polybiana de loto. Ησαὶ τὸ διδογή, οὐ λατός οὐ μίζα. Hæc Polybii verba. Sed quid fibi vult Cornelium ex Polybio scribere brevem esse? Ipse Theophrastus minorem inquit pyro. Unde colligere satis est, arborem haud magnam, sed brevem esse. Fortassis Plinius ex Theophrasto male intellecto hausit, cuius nomen tacere solet.

Καὶ πελώδεις. Doctiss. Constantinus. πελώδεις, vel πελωδεῖς corrigit, ac Plinius ævo codicem corruptum fuisse existimat. Plinius loco citato; *Incisuræ folio crebriores, alioquin ilicis viderentur.* In Antiquo codice legitur, *incisuræ in folio crebriores, alioquin ilicis viderentur.* In Toletoano, ut Pintianus monet, *incisura & folia breviora, quæ ilicis viderentur.* Quæ depravata valde, ut recte scribit, corrigit, *Incisuras habent folia, quæ ilicis videntur.* Verbum illud breviora sive crebriores otiosum putat, aut si non otiosum, quod substituat, non habet. Scribo ex Theophrasto, *incisuræ folio crebriores, quæ ilicis videntur.* Ilicem referunt, non spinosam, sed oleæ folio, Italicam, à Marthiolo descriptam. Rectè ergo apud Theophrastum legitur πελώδεις. Tautologus foret, si scripisset πελωδεῖς. Nam incisuras habere, & serratum esse, idem est. ut ægra foemina, ægrata mulier.

Tin, &c. Plinius loco citato, *differenciae plures, eaque maximè fructibus fiunt.*

Οὐδὲ πελώδεις. Idem Plinius. *Magnitudo huic fabæ, color croci, sed ante maturitatem alijs atque alijs, sicut uvis, nascitur densus in ramis myrti modo, non, ut in Italia, cerasi.* Dioscorides non fabæ magnitudine, sed pipere majorem inquit, quod idem puto. Lib. 1. cap. 171. λατος τὸ διδογή, φοτον τὸν αὐτογένης, κερπες, δια φίλα μικρα πεπίρητος. Reliqua Plinius verba mox examinabo. Μελιζανα πεπίρητος inde quod ἀλικακούσαν νονcuparint, dixi.

τὸ διδογή. Budæus exponit, mutuus ac inter se compitus atque è regione collocatus, eaque distans. τὸ διδογή λατος, circuli aequalis distantiam omni ex parte habentes. τὸ διδογή λατος, in sphæra lineæ rectæ paribus inter se spatiis surgentes. τὸ διδογή λατος, fructus ex adverso collocatus, adversi inter se. τὸ διδογή λατος, Diosc. libr. 1. cap. 1. de iride, flores paribus inter se spatiis surgentes, flores è regione in se collocati, ut fibi mutuo respondeant.

Γλυκός, &c. Plinius loco citato, *tam dulci ibi cibo, ut nomen etiam genti terreque dederit, nimis hospitali advenarum obliuione patriæ.* Nomen genti dedisse inquit. λατοφάρων enim, ut apud Theop. legitur, dicuntur; insula vero λατοφάρων, dicitur Steph. λατοφάρων καλεσ, καὶ λατοφάρων γυνι. Homer. Odys. 9.

'Οιδ' αἰνύσιοι μήγενοι ἀνδρέσσοι λατοφάρων.
'Ουδὲν ἄρετο λατοφάρων μήδονθ' ἐπάροιστον ὅλεθρον
'Ημετέροις, αἴλασ σφι δόσαν λατοῖο πάσοισι.
Τῶν δὲ οἵτις λατοῖο φάγοις μελιδέσαι καρπον,
Οὐκ εἶτ' απαγγεῖλαι πάλιν ηθελεν ηδεν νέεσσι.
'Αλλ' αὐτοὺς βούλοντο μετ' ἀνδρέσσοι λατοφάρων
Λατονέρεπτούδηροι μηνέδηρι, νόστουτε λατεσσον.

*Hic n. statim digressi venerunt ad viros lotophagos
Neq; vero Lotophagi meditabantur sociis perniciem
Nosiris, sed ipsi prabuerunt lotum gustare.
Horum autem quicunque lotum comedissent, æquæ ac
mel suavem fructum,
Non amplius renunciare volebant, neque redire.
Sed illic volebant cum viris lotophagis
Lotum edendo manere, redditusque obliuisci.
Virgil. in culice.*

— *Inter quos impia lotos,
Impia que socios Ithaci marenis abegit.*

Apud Euripidem amores appellantur deliciae loti; λωτοὶ λεπτοί, ἀλιοὶ αγρεῖ βόει loti amores & solis castæ boves. Apud Lucianum loti vocabulo delicia sermonis sæpe significantur. τοιωτὸς παράπολος λέγειν αὐτὸν κατεποιῶντας, ὅτε τῇ τοῖς οὐρανοῖς ικετεύονται, εἰ τοῖς αὐτοῖς τρόποις, τῷ τοῖς οὐρανοῖς τῷ μηδενὶ λατοῦ αρχαῖος διαδίκειν οὐτοῦ θεατῶν ιθύνεσθαι. Tantā verborū ambrosiam mibi affudit, ut mibi plane videretur Seirenas illas, si quæ unquam fuerunt, & luscinias, & lotum illam antiquam Homeris referre: adeo divina queque loquebatur.

Πόδες τῶν κοριδίων αἴγαδος. Vertunt, bona frugis. Rectè magnum Scaliger interpretationem laxam & ambitiosam scribit. τοιωτὸς τοῦ κοριδίου αἴγαδος, idē quod δισμάχος, quod stroblo, ori ventriculi, utile ac gratum est. Diolc. loco citato, πειζον πειρεύεσθαι, γρυκαῖον, βρωτομον, σύσιμα, τοιωτία, σεγνωνγός. pipere majorem (fert fructum) dulcem, edulem, stomacho aptum, quique alvum sifit. Plinius. Ferunt ventris non sentire morbos, qui eum mandant. Ita etiam in Antiquo codice. Scribe mandunt, id est, comedunt. Venter, uti κοριδία ἀντὶ & σούσας, pro ventriculo accipi debet. σύσιμα que stomacho utilia vel adstringunt vel roborant. συγιδία dicuntur, ut Cato & Celsas loquuntur, que bonâ faciunt alvum. συγιδία Medici vocant, que leniter, plusquam tamen natura faceret, alvū ducunt. Diolc. l. i. c. 13. de cerasif. κεράσια & αὐτὰ πλατεῖα λαμβανόμενα, τοιωτία τονγκάρια, ἔπειτα ἡ ιητον κοριδία, &c.

Ηλιος οὐτε απίστενε. Male in Aldino & Basiliensi πονηρό legitur. Plinius loco citato. Melior sine interiori nucleo, qui in altero genere ossibus videtur.

Kαὶ οὖν. Plin. loc. cit. Vinum quoque exprimitur illi, simile mulso, quod ultra denos dies durare negat idem Nepos. Hoc de altera loto Theoph. ubi non denos, sed duos durare vix dies scribit. Vide quæ infra dicentur.

Lotus Duránt.



Πολὺ ἡ τὸ διεδογή. Quæri solet inter Botanicos, quæ arbor sit, quam loti nomine descriperunt veteres. Botanici fermè omnes, uno altero excepto, asserunt Italorum perlaro, Lotophagorum lotum. Qui id negant hoc utuntur argumento, quod in Italica loto baccæ ab arboris dependent ramis sicut cerasa, non φρεσκα, ut myrta. Hoc argumentum ipse Plinius solvit, si ad verba ejus diligenter attendimus. Nascitur densus in ramis myrti modo (circa Syrtes & Nasamonas) non ut in Italia cerasi (subintellige modo.) Ergo in insulis tantū φρεσκα loti fructus,

quanquam aliquando & in ipsa Italia, fructum ferat φρεσκα. Non raro enim alterna serie myrti modo fructū producit. Hoc alibi testatur Plinius lib. 16. cap. 31. *Lotus sive faba Græca: quam Romæ à suavitate fructus sylvestris quidem, sed cerasorum penè natura, loton appellant. Romæ ergo lotus non myrti facie, sed cerasi. Ideo in principio lib. 13. cap. 17. Et ipsam Italia familiarem, sed terra mutatam; quod φρεσκα non producat fructum, ut in Insulis facit. Quando ergo scribit loton Africanam fructum ferre myrti modo non cerasi, ut fert Romana, bene fibi constat, & quod experientia observavit, rectè tradit. Cerasorum naturam in Italia habet; myrti in Insulis Lotophagorum. Cerasi natura habet, quod baccae dependeant ex longis pediculis, ad instar cerasorum fructus. Magno in errore versantur qui, Italorum perlaro & Arudarach Herbariorum eandem existimant plantam. Videant icones, legant descriptiones Botanicorum, Dodonei, Lobelii, Mathioli, sine dubio diversissimas arbores affirmabunt. Qui Ziziphum rutilem lorum Lotophagorum scribunt, similiter falluntur. Loti matieres, ut Theoph. lib. & c. 5. docet, nigra, quæque non facile putrescit, validaq; est in operibus; ziziphi sublutea oxyacanthæ aut pyrastro non diſsimilis, facile putrescit, ac in operibus admodū infirma. Fallitur & vir magnus, cum myrti modo, alterna serie, densum nasci scribit ziziphi fructum. Inspiciat utriusq; iconē Lector, & ex æquo judicet. Ziziphus ventriculo noxiū fert fructū; quæ testantur Botanicorū filii substātia seu effēria esse crassiori; si pro edulio assumatur, difficulter concoqui. Idē asserunt, ægrè ac tardè descendere, ventriculū gravare, ac paucum alimentum corpori præbere. Simon Rethi τοῦ διατελεῖαν εἰσὶ τὸ πλατεῖα βακτναὶ, ni forent difficilis concoctionis, & lieni officarent. Contra lotos, ut dixi, ventriculo grata & apta. Ziziphus perpetuo viret, lotus contra. Plin. lib. 16. c. 30. Præcipue domibus expetitur ramorū petulantia, brevi caudice, latissima expatiantium umbra, & vicinas domus sæpè translientiū: nulli opacitas brevior, nec aufert solem hyeme decidentibus foliis. Nulli cortex jucundior, aut oculos excipiens blandius. Hec de zizipho falsa, de loto vera. Cortice enim circumvestitur lævi, atq; è cæruleo colore eleganter virenti: Ziziphus est caudice contorto, cortice scabro ac rimoso, in quo nihil quod oculum delebet. Lotos, cujus imaginem damus, arbor est pyri magnitudine, major altiorque, quædoq; querum, juglandē, fumilesq; altas arbores superans. Caudice est crassissimo; ligni materie dura nigricāte; cortice circumvestitur lævi, atq; è cæruleo colore eleganter virente; ramos promit vastos, longos, in latitudinē expansos; foliis viret ilici proximis, marginib. incisis ac serratis, asperis; quæ medio autumno flaccescunt. Baccae rotundæ pipere majores, è longiorib. dependentes pediculis, instar cerasorum, initio virides, dein ex candido flavescentes, ex inde rubentes, (quod tamē negant adversariū auctores) sed ubi maturuerint nigricantes, intus jujubarum nucleo. Fructus suavis esui: vulgo pueris expetitus: dulcis namq; & leviter adstringens, ita ut σύσιμα recte dicatur. Apud Belgas in hortis colitur, raro floret aut fructū fert. Apud Italos, Gallosq; Narbonnenses frequens. Arborei hanc à Clariss. Petro Mullerio Med. Doct. & Professore Botanico Groeningen accepimus, cui è semine natæ erant ante annos aliquot plures plantæ.*

Τὸ οὐσιοφίαν, &c. Plinius loc. cit. Quin & exercitus pastos eo accepimus, ultro citroq; cōmantes per Africā. Notandum Plin. duas cōfundere lotos. Quæ præcedūt de vino, & quæ sequuntur de tibii Theoph. de altera tradidit loto.

Ἐπι μὲν οὐσιοφίαν εἰ τὴ νῆσον τῆς λατοφαγίας. Aldinus & Basileensis, ἵπποι οὐσιοφίαν εἰ τὴ λατοφαγία. Stephanus insulā λατοφάσιον vocari tradit. Strabo λατοφαγίην, lib. 17, ubi egregie describit Lotophagorū terram, συσχεῖσθαι εἰς τὴν μητρὸν Σύρην, καὶ ἐλατοφαγίην Σύρην λέγειν. Εἰ δὲ οὐ μηκέτερον τὸ κολπον τούτου, συνδιαινεῖσθαι εἰς λατοφαγίαν. Καὶ τὸ τολματόν τὸ σύμπατον τοῦ εἰς λατοφαγίαν εἰσαγόντος τοῦ οὐσιοφίαν εἰς τὴν θάλασσαν τοῦ λατοφαγοῦ Κερκίνη καὶ ημίνης (scribe μηνίης). Stephanus μηνίης τοσοῦ τοῖς τοῖς Σύρην εἰς πόλις, Meninx insula prope Syrites & urbs) τοῖς εοῖς τοῖς μηνίησι. τοῖς δὲ μηνίησι (& hic locus docet supra scribendum λατοφαγίης) τομεῖσαν εἰς τὸ τοῦ λατοφαγοῦ γῆν τὸν οὐφόρον οὐρανού μετατρέψαντα τοῦ σύμπατον τοῦ λατοφαγοῦ οὐρανού. Οὐδὲ εἰσιν, καὶ αὐτὸς ἡ καρπός. πλὴν γάρ εἰς τὸ διδύμον τὸ αὐτὸν τὸ καλούμενον λατόν, οὐχ ηλέσι καρπόν. τολματόν δὲ εἰς τὸ αὐτὸν τὸ πολλίχημα μία δὲ οὐμάτιον τὴν νῆσον, καὶ εἰς αὐτὴν τὴν Σύρην πολλίχημα ποτὲ εἰσι, &c. His continua est minor Syrēs, quam Lotophagitum Syrēm etiam dicunt. Hujus sinus ambitus est sive c. 10. c. oris latitudo 10. c. juxta utrumq; promontoriū, quæ os efficiunt, insulae adjacenti continent, Kercinna scilicet & Meninx, magnitudine æquales. Meningem Lotophagorum terram putant, cujus Homerus meminit, & signa quedam extant, & Vlyssis ara, & fructus ipse. Nam lotos arbor crebra in ea est, fructu suavissimo. Plura etiam in ea oppida sunt,

sant, sed unum eodem nomine quo insula; quin & in ipsa Syrti oppidula plura sicut. Ex hoc Strabonis loco lego in plurimis cōtēnētis tē nūc tē λατοφάγη. Ceterum insulam, in qua lotus, non φάσα vocat, sed μίνυσα Strabo. Quod etiam I. 3. tradidit, ubi ait ἀλλοτί πέλιον καλύπτει λατοφάγη την εἰδότην την τρεμέτην μικρήν Σύρτας γῆν, την Μήνην. οὐ δὲ διανυσσεῖται ἀνέπει τοῦ ποστεροῦ περὶ τὴν ὁδὸν Σαρών πλάνην παραφράσαντο τὸν τόπον ὃς τέλος τηλάνης εἴσεσθαι τοῦ Ατλαντικοῦ πλάνης περὶ ποδιά διαδίδει τὸν λατοφάγην τοῦ αὐτοῦ. Rursumque alii vocantur Lotophagi, qui Meningem incolunt, alterarum insularum parvæ Syrti præpositorum. Mirum ergo non est Homerum errores Ulyssis ita fabula in morem descripsisse, ut plerique extra columnas in Atlantico gesta ab eo fingeret. Plinius vero circa Syrtes & Nasomonas nasci tradit, ac Lotophagorum terram circa Syrtum majorem scribit lib. 5. cap. 4. Inde Syrtis major, circuitu 705. aditu autem 313. M. passuum. Inde accolit gens Lisipadum. In intimo finu fuit ora Lotophagi, quos quidam al. Ichroas dixere, ad Philenorum aras. Uter rectius Plinius, an Strabo, videant in Geographicis peritiores.

De Paliuro Africana hæc tradit Plinius lib. 13. cap. 19. Cyrenaica regio loton sūe postponit paliuro, fruticosior hæc, fructuque magis rubens, cuius nucleus non simul manditur, jucundus per se, atque suavior è vino, quin & vina succo commendans. Theophrastus paliurum hanc latius & fusius quam Plinius describit, qui Græci auctoris verba, non tatis fideliter interpretatur. In paliuri Africanae descriptione nonnulla consideranda; imprimis quod Theophrastus huic tribuat folium, vulgari simile. Vulgarè c. 16 lib. 1. folium esse spinosum tradit; ergo & Africanae. Unde affirmo, paliurum quam lib. 15. describit Athenæus, diversam esse: ab Africana Paliuro, quam depingit Theophrastus. Athenæi enim paliurus folia non habet spinosa. De hac vide quæ infra dicuntur. Theophrastus fructum paliuri ιερψόν scribit: Plinius magis rubere tradit, quam vulgaris fructum. Rectè Theophrastus fructum simpli-citer rubrum inquit; malè Plinius magis rubrum scribit. Vulgaris enim paliuri fructus, non rubet. Theophrastus nucleus non mandi ait; Plinius non simul mandi scribit; additique jucundum per se, atque suavorem è vino, quæ de fructu Theophrast. non de nucleo. Fortassis corruptus codex: videtur enim aliquid deesse ac scripsisse Plinius, cuius nucleus punico similis, non manditur, jucundus per se (subaudi fructus); vel verba illa cuius nucleus punico similis non manditur, parenthesi include) atque suavior è vino. Sic cum Theophrasto conveniet Plinius. Non fit verisimile Plinium legisse ac in adversaria sua tantum retulisse ἐν συστημάτων, ηδὺς ḥ. Legit ut in vulgaris exemplaribus habetur, sed exscribentium negligenter verbum punico omissum, & simile in simul mutatum. Illud vix excusari potest, quod διάφορον vertit postponit. Evidem non ignoro sæpè apud Græcos medicos διάφερεν ponit pro excellere, præstare, superare, melius esse, quomodo hoc loco idem hoc verbum accepit Plinius, atque inde concepit Cyrenenses lotum paliuro postponere, quasi paliuri fructus excellentior foret, & longè præstantior loti, fructu. Græci auctoris mens est, Paliuri Cyrenaicæ sive Africanae folium simile esse Græco paliuro; sed fructu differre, quem rubentem & rotundum profert Lybica, quem in Græca planus sit, & latus. Falluntur qui juu-bam existimant paliurum Africanam à Theophrasto delineatam. Caret jujube foliis spinosis, fructus præterea est oblongus: sed hoc non impedit quo minus cum descrip-tione conueniat; est enim ex oblongo rotundus. Nucleum continet ad mandendum non ineptum, maloque punico dissimilem, verum ut in oliva durum & longum. Alii agrifolium pro Africana paliuro habent, quod planta sit foliis undique aculeata, loto majoribus; fructu cedri rotundo, rubro, nucleum intus habente, jucundo, & gustu non ingratu; sed id certo asserere nolunt. Hanc proprie Africæ esse plantam. Unum impedit quo minus agrifolium pro Africana paliuro habeat; quod agrifolium fructum ferat esui ineptum, nucleum vero producat sapore non ingratum; cum Theophrastus paliuri nucleum ad mandendum ineptum, fructum esui idoneum tradat. Agrifolii multis in locis mentio fit. Alibi diximus, non esse illicem aquifolium Plinii aut illicis specie, & improbabimus illorum opinionem qui crateron statuunt, damnavimus illos, qui pro simulacre Theophrasti agnoscunt. Non esse agriam Theophrasti multis argumentis ostendimus. An aquifolium Plinii sit de quo quæ sequuntur tradit, in medio relinquam. Lib. 15. cap. 24. aut baccas sine succo ferre, lib. 16. cap. 18. montes amare cap. 21. folia non decidere, cap. 24. eadem aculeata esse. Agrifolium, cuius imaginem exhibemus; frutex est, quandoque commodam habeat humum, ac cultura accedat, in arborem justam excrescens, alioquin in crescendo

planta tarda, & ad fruticosas referenda. Candex arbori mediocris crassitudinis; fructi non valde crassus; quorum ramuli lenti flexibiles, & leves, duji lici cortice

Agrifolium an paliurus Africana.



concreti, exteriori viridi ac lœvi, interiore pallido, odoris ingrati. Materies ligni dura ac solida, gravis, foris candida, interius nigricans, quæ lignit Indicè modo, (quod guiacum vocant,) in aqua fidit, eique non admodum dissimilis est. Folia pulchra, præsertim hyberno tempore, virent ac splendent, lœvia, glabra, carnaea, solida, faporis nontam ingrati ac cortex, brevi pediculo pendens, laurini fere similia, sed minora ac pungentibus aculeis per margines angulosa; quæ tamen tenebrente arbore vel pauciores, vel nullos habet, ut nec angulos sunt enim tum neutiquam fimbriata. Flores albi & odorati, pulchri, parvi, plures simul, brevibus pediculis annexi, ut in lauro, quaternis foliolis & totidem apicibus constantes; in quorum medio baccarum rudimenta apparent. Hæ tandem rotundæ, ochri magnitudine, vel non multo maiores, colore rubentes, ad instar asparagorum, umbilicatae, gustu subdulces, cum tetro quodam sapore, quaternis intus nucleis, triangularibus ac striatis, diutissime ramis adhærent, nec facile decidunt; radix lignosa. Fit ex hujus arboris aur fruticis cortice, qui lœvis est, viscum, quo in capiendis avibus aucipes ac rustici utuntur. Cor-ticem, inquit, Ruellius, detrahunt. & facta bumi scrobe, locis uliginosis maximè, obrunt, frondibus arborum involventes, & inibi putrefacte patiuntur. Quod serè dñoden's diebus perfici solet. Tunc marcidum eruunt, & tantisper pila contundunt, donec in viscum lentescat, dum in profluente, ut adhærentes' corticum reliquie fordesque fluitent, pro-lunt, & adjecto olei nucum momento, fistilibus recondunt. Loca amat inculta ac deserta; tum & quibusdam locis iuxta vias ac in sylvis reperitur. Solum molle odit, durum amat, perpetuo viret, baccasque maturas autum no ostendit, quæ non raro hyeme ramulis adhærent. Arborē Bel-gæ Huist vocant. Utrum paljurus Africana, quam Ioannes Leo cap. de rafra describit, videant doctiores. Spinosa inquit præcrea hic arbores sunt, cuius fructum Arabes rabich nominant. aliquanto minor est ceraso, sapore autem titipho non adeo est dissimilis. Verisimile admodum hanc arborē Africam paliurum esse. Quæ enim de ea tradit Leo non male cum Theophr. rati descriptione cōveniunt. "Εισὶ δὲ τοῖς λατοφάγοις. Lotū hanc diversam à Lotophagorum loto insi testatur Theophr. cum ait διάφερε δὲ τοῖς λατοφάγοις τοῖς λατοφάγοις. Aliam esse a lotophagorum loto, hæc etiā verba Theophr. declarant, τοῖς λατοφάγοις τοῖς λατοφάγοις. Εἰσὶ δὲ τοῖς λατοφάγοις &c. Aetτον hanc

Theo-

Theodorus celtim vocat; cum Lophagorum celtis dicatur; non autem Lybica, de qua nobis sermo. Lolum quandam Lybicam describit Athenaeus libr. 14. quæ a eadem cum ea quam describit Theophr. examinabimus. Tad ~~ταῦτα~~ τὰς τοῖς οὐδὲ τοῖς ἡράδοντος ἵστησι, τοῖς δὲ τοῖς λιθίνη καὶ εὐμένου λατοῦ, αὐτόκτης γενόμενος ὁ Μεγαλοπόλιτης Πολύβιος. τὸ τῆς διδεκάτης τῶν ἰσοχάρων, λίχιον οὔτε τοις. οἱ δὲ τοῖς δέδορφοις λατοῖς οὐ μίχη, τερψχύτε τοῖς ἀκαθάδεσι, ἐχοντεὶς φύλαιον χλωροῖς τοῦ δέδορφου μικροῖς, βαθὺ πέριον καὶ πλατύπερον ὅ σεις καρπὸς τοῖς τοῖς αρχαῖς οὐδοῖς εἰς τὴν χρεον. οὐδὲ τοῖς μεγάλοις τοῖς λούκησις μυρτοῖς τοῖς πτελεομάρτινοις αἴγανονδροῖς οἱ τοῖς δέδορφοι μήτερις Φοινικῆς, τοῖς οἷς μεγάλοις τοῖς προσφύλαισι ἀλαῖσις τοῦ δέδορφου πάντοτε πονηρὰ οἱ ἔχεις πτελεοῦς μικροῖς. ἐπειδὴ τὸ πτελεοῦν οὐδεὶς θεωρεῖ τοῦτο μόνον οὐκ τοῖς οἰκεῖται οὐδὲ δεδορφεῖται οὐδὲ πονηροῦ εἰς αἰχματα. τοις δὲ τοῖς δέδορφοις ιστάντοις τὸ πτελεοῦν οὐδὲ πτελεοῦν τοῦτο, καὶ στρέμενα πονηρά. οἱ δὲ τοῖς βρῶμα τοῦ δέδορφου πονηρά στρέμενα, Φοινικεύσαται, τῷ οἱ δέδορφοις βιβλιον. γίνεται οἱ δὲ τοῖς δέδορφοις αἴγανοι βρεχομένοι, καὶ τελεομένοι οἱ δέδορφοι, καὶ μὴ τοῖς λαχοῖς ηὖται, οὐ δεσμωταῖς, οὐ πομπαῖς λαχοῖς τοῦ δέδορφου, τοῖς δέδορφοις καὶ τοῖς ποιοῦσι τοῖς δέδορφοις τοῖς λαχοῖς. πιονται οἱ καὶ δέδορφοι εἰς αὐτῶν. Quia de Lybica Lotos scripsit Herodotus eadem, repetit Polybius Megalopolitanus oculatus restis libro duodecimo Historiarum, his verbis: *Est autem lotus arbor non magna, aspera & spinosa, (Interpres τοῦ ἀγνόητος legit, non spinosa. Aculeatam esse, ex ipso Herodoto probatur lib. 2. ubi de spina Aegyptia agit. τοῦ οὐρώφη οὐδὲ εἰς οἰοστούτην τοῦ κρηναίων λατοῦ, spinam Aegyptiā spinosam, nemo facile negabit. I folio rhamni viridi (interpretes κλαρεῖ, non legit) paulo latiore, & crassiore, fructu per initia colore & magnitudine simili perfectis baccis myrti, dum augescit c.loris phe-nicai, oleo rotundæ magnitudine, nucleo admodum pusillo.* (Herodotus lib. 4. $\gamma\lambda\omega\mu$ lentisco comparat. Sed de Lophagorum loto hunc agere doctiores existimant. Lybicam saltem à lophagoru diversam docet, quæ & Theophrasti sententia.) Maturus nō colligitur, & cum alia tuſus ad servorum famulorumque cibum in vasa conculcatur, ac stipatur: *ingeniorum autem edulis, detracito nucleo eodem modo reponitur, ac pro cibo est; gustu caricis ac palmulis non dissimili, odore tamen suaviori.* Fit & ex eo vinum, in aqua macerato & trito, saporis grati, & jucundi, qualis est optimi mulsi. Merum id sine aqua bibunt, sed ultra decimum diem non perdurat, quamobrem paliat ad usum conficiunt. Fit & acetum ex eo. Hanc lotum à Lophagorum diversam, nemo facile negarit. Illa arbor maxima, hæc frutici propior. Sed an ea sit, quæ a Theophrasto alterius loti nomine describitur, jam indagandum. Theophrastus frutici propiorem ait: Polybius arborei, non magnam; quod idem est. Fructum Theophrastus juglandi comparat; Polybius magnitudine olivæ rotundæ tradit. Juglans & oliva rotunda, magnitudine non multum differunt. Polybius fructum gustu caricis ac palmulis non dissimilem tradit: Theophrastus $\iota\delta\tau\delta\sigma\mu\sigma$ τοῦ οὐτοῦ $\gamma\lambda\omega\mu$ οὐ δέδορφος. Εὐρετοίς exponunt, quod odoris jucunditatem ori conciliat: medici δέδορφος quod ori gratum est. Dioscorides lib. 1. cap. 160. de cotoneis, τοῖς τοῦ μελιτοῦ εἴδη δέδορφα & δέδορφα & δέδορφα τὸ στρωτόπεδον. Quæ porro cum melle coquuntur stomacho sunt quidem utilia & ori grata, minus tamen constringunt. Sed video eodem qui δέδορφος, quod odoris jucunditatem ori conciliat, exponunt, interpretari hæc verbum, quasi dicas, boni stomachi, ac boni odoris. Caro cydoneorum odorem quidem non spirat insuavē, sed neq; jucundum; inodora potius est & palato nihil planè odoris communicat, sapore tamen gratissima. Coctione cotoneorum odor perit: dissipatur enim & evaporat tenuis vis, in qua odor. Cur vero palato grata sit, ratio in promptu, quod mel sua dulcedine cotoneorum austoritatem mitiget, saporemque ex dulci, & austero commixtum, qui palato admodum placet, reddat. Idem Dioscorides lib. 1. cap. 151. malum punicum acidum δικτηπονοῦσιν ait, Malè quis de odorē loqui Dioscoridem existimet. Dulcia punica palato gratiiora. Theophrastus lib. 6. cap. 4. $\iota\delta\tau\delta\sigma\mu\sigma$ δέδορφος inquit; quod de odore intelligi nequit. Uti quod lib. 2. cap. 8. de palmae quodam genere, $\pi\sigma\tau\sigma\mu\sigma$ δέδορφος τὸ μέλιτον τοῦ μελιτοῦ, δέδορφος, τὸ δέδορφον δὲ τὸ γυνέον. Nimia dulcedine quædam palma præditæ; quare ingratæ sunt. Sapore ergo præstant quæ dulcedine nimia non sunt prædictæ. Sed cœcedamus τοῦ δέδορφου significare, quod odore excellat; inde non sequitur, lotum alteram Theophrasti & Polybibii unam eandemque esse plantam. Fatemur quidem utramque in nonnullis convenire, sed eandem tamen esse negamus. Quod si esset, non dubito, quin spinarum mentionem fecisset Theophrastus. Malunt alii Polybium paliurum Africanam Theophrasti describere. Sed Lotus Polybii folia habet rhamni, non spinosa; paliurus Theophrasti aculeata. Paliuri fructus cedri magnitudine: Lotus Polybii olivæ rotundæ, quæ

cedro quadruplo major. Contendunt alii connarum sive palium Agathoclis & Lotum Polybii eundem fructem esse. Dico connarum sive palium tum, quod unius tantum delineatio apud Athenaeum, tum quod Hesych. scribat. οὐαὶ τοῖς δέδειν οὐαίσιον πελούντες. Certe vicinæ sunt arbores, si non eadem. Connarum, ut dixi, eandem cum Lybica vel Cyrenaica loto contendunt viri gravissimi.

Paliurus Athenæi spinosa.



mi ac doctissimi. Athænæus loco citato, ἵει δὲ ταῦτα τοι
πάλιν τὸν Αλεξανδρῖνον καλουμένων κρητίδαν, καὶ παλιόν τον
μημονεύει δὲ αὐτὸν Αγαθοκλῆς ὁ Κυζίκεος εἰς τοτὲ τὸν τοῦτον
πατεράδω, λίγον σύντοτον περιστοῦ δὲ σκηνήσας εἰς τὸν πέφορον, αὐτ-
ολαστον εἶ τον σύμπατον διαδρόμον, δὲ τοῖς μέτραις ἐπομένουσον
εἴτε διαδέλχον τὸν μεγάλην μὲν πάτητον τὸν πατερικόν (forte η πε-
κτην, ut interpres, vel λινός). Vicinæ magis arbores ulmus
& populus), οὐδὲν περισσόν, ἀλλέμονας ἡ Ἰκετικαῖς. Εἰ δολιχοῦ,
ηγεὶς ὁλίγῳ ἀγρού τιθέται, τὸν δὲ φυλλὸν πέπτει καλαցεῖ, τὴν φύην
φερεῖς. κρεποφερεῖ δὲ τὸ δέρμα, καὶ διέρχεται φυλινούσῃ γλυκὺς τε
πάντα οὐ κρεπός, μέραρδος καὶ Φωστίλιος ἐπιλεγόν (dele improbabam
vocem κρεπός). Scribe καὶ Φωστίλιος ἴδαισιν. de hoc oleæ generi
vide cap. de olea.) η τοὺς στέρεας, η τὸ ὄσιον τοιτὸν ταπεινού-
λον. Διαλέκτον εἶ τῇ κυριοῦ ιδεῖν. Εἰ τρεμετεῖ ἐπὶ κλασσές οὐ κρεπός,
ηγεὶς αὐτῶν ποιοῦσας εἰς αὐτὸν ἀδράση, ηγεὶς πατερὸν τοῦτον εὶς μά-
χας τε, οὐδὲν ὅπλα διένοτες, αὐτὰρ Φωστίλιος ισχυράτερος πίφορος. Εἰ Εὐε-
πίδης τὸ Κύκλωπι Φοῖσι παλιούσου κλαδὸν, &c. Incipiam ab iñ
arboribus, quas connaras & paliuros vocant Alexandrini.
Harum meminit Agathocles Ciryenus lib. 3. rerum paria-
rum, his verbis: cum sepulchrum de cælo tactum esset, ar-
buscula ē tumulo seſe tum exeruit, quam connarum appelle-
lant, magnitudine quidem parva illa est, pino (populo al-
ba) aut ulmo similis est. utraque non humilior, crebitis ra-
mis nonnihil spinosis, prælongis, folio viridi, tenero, natura
rotundo, fructum bis quotannis parit, vere & autumno,
apprimè dulce, magnitudine oliviæ phauliae, carne & officulo,
et quam diximus oliviæ similibus, eximia saporis fuscundita-
te: recens estur, at cum exsiccatus fuerit, molitur in farinā,
quam pedibus calcant, non manibus pinsunt, aut aqua rigant,
quoniam respuunt ejus natura, sed cogunt in offas negligenter.
Euripides in Cyclope paliuri ramum dixit. Εἰς δέ τις, inquit,
ἄγραδος διεισ, cum arbor quam connari nomine delineat
Alpinus, sit spinosa satis, quomodo etiam arbuscula, no-
bis ex semine Ægyptio nata. κλασσής interpres pallidum
vertit. Malo viride, quale est connari folium, Δε-
δεῖος, inquit Athenæus, μεράρδης μὲν πάτητος. Certe ul-
mus, populus, pinus, διδρόμον, id est, arboris nomen me-
rentur. Si magnitudine his par connarus (verbâ enim
hæc de magnitudine accipere oportet, non de facie ac
forma) magna est arbor, quæve arbuscula dici nequit,
nisi cum nondum adulta est. Fructum carne & osse oliviæ
phauliæ similem, ait. Olivæ Phaulia caro multa, nucleus
parvus, ut in libris de causis tradit Theophrastus; lotoly-

bicæ fructus juglandis magnitudine, nucleo parvus. Rident Interpretem quod *μωνον ιξ αυτον αλογο* interpretatus sit, molitur in farinam. *ιξ αυτον αλογο, νη παντον παντες*, &c. Quæ verba, inquit, sic vulgo accipiunt, & exponunt, quasi ex siccis hujusmodi fructibus, farina fieret apud Ægyptios; quod ineptum. Quod enim quæ ex siccatis ejusmodi fructibus, & pedibus tantum contusis, farina posset fieri? In massas pedibus calcantes hunc fructum redigebant, & dolis condebat, ut servaretur, *αλογο* vocat massas, quales sunt ex farina conspersa. Hæc qui scribunt, non videntur Athenæi, vel potius Agathoclis verba satis intelligere. Non dicit pedibus contundi, ac fieri farinam, nec ea interpretis mens; sed Ægyptios hunc fructum siccari, siccatum in farinam redigere, eamq; farinam (*παντες* inquit,) conculcare pedibus, ac in massam redigere, non fecus ac triticum aut secale molitur in farinam, deinde pedibus conculcat, ac in massam addito lacte aut aqua redigitur, id quod pistoribus & pueris tenellis notum. Oportet etiam sit fructus siccatus. Recentem enim & humorem plenum, qui in farinam molere vult, operam perdet. Utrum hæc arbores ad recentiorum cognitionem pervenerint, mox videbimus.

Τὸν δὲ κρέπον οὐ τὸν κρέπον Ιχεύ. Vertunt, fructu nuce obducto; quod perridiculum, & falsum recte ait Doctissimus Salmasius. Nec melius interpretantur, semine inclusio nucleo, vel hanc speciem loti fructum habere nuce inclusum. Corruptus Theophrasti codex errandi occasionem præbuit. Scribe cum Salmasio, *κρέπον οὐ τὸν κρέπον Ιχεύ,* fructum habet magnitudine & formam juglandis.

Guajacum Patavinum.



Ηδίω. Restat videamus an arbores quarum delineationem ex veterum Græcorum sententia examinamus, sint à recentioribus descriptæ. Nonnulli guiacum Patavinum, quod aliis placet esse hebenum, pro loto altera Theophr. habent. Malunt alii guiacum hoc esse lotum Iotophagorum alteram, nucleis carentem. Caret hæc arbor foliis ilicis serratis, nec satis cum altera convenit loto, quod vulgari loto magnitudine non multum cedat, nec frutici quam arborei propior sit, fructumque habeat acuminate cacumine, nisi forte ea solo natali resaliter se habeat. Pro cœli namque solique ratione variant admodum plantæ. Arbor est procula quæ pyro magnitudine non cedit, folio alterius loti latiore, sed non serrato, pyri non valde dissimili; baccas fert dulces, rotundas, acuminate tamen cacuminibus: colore initio viridi, per maturitatem ex caruleo subnigrante. Baccæ hæc pediculis carent, calycibus tamen ima parte obducuntur, nec secus ac glandes, & myxa arborum ramis & surculis seriatim adhærent. In horto medico Lugdunensi colitur ex Italia allata, ubi multis in locis reperiuntur tradit Mathiolus in doctiss. ad Dioscoridem commentariis. Italiae tamen familiarem negat. Variat hæc arbor fructu. In Italia semina bina, terna, aut plura, plana & spadicei coloris pro-

fert. Vicennæ vero & Bononiæ etiam ex semine Italico nata, fructum promit, seminis expertem, sola pulpa constantem. Alii laurocerasum lotum alteram existimant: quorum opinionem Botanicus celeberrimus, & in litteris exercitatissimus rideat. Sed fallitur ipse. Adferri quidem rationem, qua hanc Dalecampii Botanici excellentissimi opinionem refellat. Dalecampii, dicens, opinio non satisfacit, qui hanc stirpem Theophrasti lotum secundam esse censet: nam hujus fructus non nascitur myrti modo alterius, sive, ut Græcus haberet, *ροδον μηρινον*, sed racematis uæ modo: Sed fallitur optimus ac præstantissimus Clusius. Hæc Theophr. de loto lotophagorum tradidit, quam diversam à Lybica ipse scribit Theophrastus. Luculentissimè hanc arborem idem describit Clusius his ferè verbis. *Lauro-cerasus justæ magnitudinis arbor est* (apud nos arboris magnitudinem non acquirit. Hyemis enim injurya, si aduersus eam non muniat, quandoq; perit) *caudice recto, multis ramis donato, qui cortice atrovirente obducti sunt: novellis tamen omnino virentibus. Folia alternatim ramos ambiant, non decidua, lauri latifolia, sive potius citriæ mali foliorum æmulæ, per ambitum nonnihil dentata, nerois aliquot ex media costa in latera excurrentibus, superne splendentia, inferne nequaquam. Color in vespere ex atrovirescens, in novellis ex viridi palefescens; sapor amarus, nucleorum mali persicæ, aut amygdalarum amararum æmulus.* Oblongus in summis vetustis ramis, inter superioris anni folia, ferræ hastulas, digitalis longitudinis, crassiusculas, in quibus brevi pediculo numerosi, & racemi in modum conferti, nascuntur flores candidi, quinque foliolis constantes, multis in umbilici ambitu staminulis prædicti, cerasi, avium vulgo nuncupati, floribus non valde dissimiles, odoris tamen expertes, qui nullum fructus rudimentum præbuerunt, sed caduci admodum fuerunt. Supra hos rami germinant, & novella folia protrudunt. Fructus, quem in arbore se non vidisse idem Clusius afferit, sed qui Constantinopolis missus fuit, exigui pruni magnitudine, sebente fructu proximus, foris niger, rugulosus, pulpa prædictus dulci ac eduli, cerafiorum vel brunnenium in Moravia prunorum pulpæ modo, ofsiculum continens fessili parte orbiculare, deinde sensim in oblongum tenuemque cuspidem definens. Bellonius libr. 1. observat. cap. 44. inter arbores virentes recenset Trapezuntinam quandam, ferentem cerasa: meminit & eo libello, cui de ratione cicurandi sylvestres arbores titulum fecit, c. 20. & laurocerasum appellat. Ejus tamen historiam non describit; nisi quod eodem capite illius ramum mali citriæ ramo æqualem faciat, & ejus prægrandem arborem Genuæ in horto Principis D'Oræ postea se vidisse afferit. Cum vero hujus nostræ folia maximam similitudinem, cum mali citriæ foliis habeant, nec defluant, & Trapezunte Constantinopolim, ut nomen indicat, primum alatam fuisse verisimile sit, eam esse omnino existimat Clusius, quā Bellonius observavit. *Lauro-cerasi*, inquit, *quantum conjectura a sequi possum, nomen illi impositum à foliorum cum laurini similitudine, & fructu cerasis æquali, tametsi postremo loco, ex Pliniana historia id invenisse affirmet Bellonius.* Verum nusquam apud Plinium laurocerasi vocem me legere memini. Is quidem lib. 15. cap. 25. ubi cerasi genera enumerat, de cerasis lauro insitis agit. *Minus quinquennium est*, inquit, *quod prodiere quæ vocant laurea, non ingrata amaritudinis insita in lauro.* Sed de hac, quam proponimus, arbore ista intelligenda vix mihi persuadere queo. Lorum hanc esse alteram Theophrasti impedit, quod arbor evadat magna, lotoque aliquando non cedat. Alioquin plures loto peculiares notæ habet. ramosior est vulgari loto, (quo nomine fortè *ταλαντόλαθος* à Theophrasto dicitur) caudice recto assurgit & crasso: fructus forma & magnitudine juglandi non dissimilis; ovali enim forma, pruni magnitudine, sebente fructu proximus, foris niger, rugulosus, coriaceus, pulpa intus prædictus dulci, cerafiorū, vel prunorum pulpæ modo. Lorum Polybii, ziziphum rurilam quidam arbitrantur, quod aliis displicet. De zizyphis pauca hoc loco dicenda. Græcis *ζιζυφοι* arbor & fructus dicitur. Cassianus Bassus libr. 10. cap. 43. *τὸν ζιζυφον φυτόντων, οὐ οἴτηκαν χάριστον οὐδέποτε αισθανόμενον.* Zizyphon plantatur ex ratis in media arbore acceptis. Apud alias *ζιζυφον* scribitur. Myrepns sect. 5. de Bechys antidot. 28. *αἰτιας απέριστας, ζιζυφων, γανκιζιζυφων &c.* Apud Actuarium *ζιζυφων, ζιζυφον, ζιζυφων, ζιζυφων* & *ζιζυφων* reperitur. Simon Zethus *ζιζυφων* vocat. *περιζηφα συμιστεον* in tñ uñ cestp. & tñ θερμον. Zizyphus commansæ medicriter calida & humida sunt. Cretensisibus, teste Bellonio, zizyphion dicitur, lib. 1. cap. 18. Corrigendum Palladæ carmen de zizyphis, quo se gloriat usu zizyphorum quartana curatum.

'Οὐκ ἀλόγως εὐ διζύθοις δύναμιν πίνει θεῖα
Εἶναι ἐφίλε, καὶ τὸν διζύθον εὐ χρονία
Ηπιάλος καίροντες τελεότατος φέντε,
Καὶ γέροντες ταχέως οἴει κρότον υγῆς.
Non absurdè in zizyphis potentiam quandam dñinans
Esse dixi. Heri igitur zizyphum diurne
Febris quartana laboranti in paroxysmo applicavi
Et factus est celeriter ut Croton sanus.

Male editur διζύθος, ominino scribendum, ζιζυφος. Quartana laboranti prodest, quod humidum & calidum mediocriter. Ηπιάλος in hoc versu non significat febrem sic vulgo dictam, quotidiane continua speciem quandam, de qua Galenus lib. 6. comment. 1. epidemi; sed pro initio, aut rigore febris ponitur; paroxysmum vocant Medici. Helychius ηπιάλος εἰς τὸ παρεπομπὴν πίνει. Idem Gal. li. 2. de different. febr. cap. 6. quo loco de epiala febre agit. Sunt qui zizyphon a Galeno ηπιάλος, libr. 2. de aliment. facult. cap. 32. vocari afferunt. οὐδὲ τὸν τρόπον ηπιάλον, οὐδὲ τὸν τρόπον τὸ μαρτυροῦν, οὐδὲ τὸν τρόπον ηπιάλον εἰρηνῶν (Ald. εἰρηνῶν) ὀλιγότερον τοῦ διατηποῦ ὑπέρεχον, αὐτὰς τοὺς μηδὲ οὐδὲ μεχρι τοῦτον τοῦτον τὸν τρόπον. De fructu quem sericum appellant, ne hoc quidem ausim affirmare, quicquam ad sanitatis tutelam, aut morborum profligationem pertinere. Mulierum enim atque infantium effrenatorum (ad verbum, qui in plateis ludendo tempus terunt, impuberum) est edulium; exigui est alimenti & concocti difficultis, preterquam quod stomachum non juvet, coporiique paucum praestat alimentum. Nemo facilè negabat hac facultate zizypha prædicta, sed serica esse ex his concludi non potest. Majus argumentum, quod in lexico veteri Iatrico legatur, ζιζυφα τὸ συρίγιον. Ex quo Galeni codicem corruptum esse non difficile judicatur. Syricum legendum, ex Columella probatur, apud quem lib. 5. cap. 10. in omnibus, etiam antiquissimis legitur codicibus. Preterea malorum genera exquirenda maximè scandiana, matiana, orbicularia, sextiana, pelusiana, amerina, Syria, melimela, cydonia: quorum genera tria sunt, &c. Sed malus genus Syricum, cuius etiam meminit Plinius, li. 15. c. 14. vide cap. de malis. Illud etiam ad rem facit, quod syricū a rutilo dicatur colore: sic accipiendū apud Propertium,

Syrica jam taceo Volsi carpente nepotis.

Id est, Syrico pigmento miniatā. Plinius li. 35. cap. 6. Inter (colores) factitios est Syricum (ita in antiquo codice legitur; male edunt, scyricum) quo minus sublini distinximus. Fit autem sinopide & sandice mistis. Sinopis rubrice genus præstantissimum, quod circa sinopen urbem effuditur, unde & nomen habet. Species hujus, ut loco citato tradit Plinius, tres, rubens, minus rubens, & media. Sandyx coloris etiam rubri genus, quod fieri solet ex cerussa vehementius adusta, ut docet lib. 9. simpl. Galenus, ηγιόδηρος οὐδὲ φυσικὸς, οὐδὲ τὸν τρόπον ηπιάλον μεταβολὴν λαπτομετέστηται τοῦτον τὸν τρόπον φαρμακοῦ. Plinius parvo discrimine ex sandaracha rubrica adusta fieri docet loco citato, ubi ait. Hæc si torreatur æqua parte, rubrica admixta sandycē facit. Quanquam animadverto Virgilium existimasse herbam id esse, illo versu.

Sponte sua sandyx pascentes vestiet agnos.

Virgilium sandicem pro herba posuisse, non persuadet Plinius, qui mentem Poëtæ non intellexit. Vult Māro, eam fore rerum omnium felicitatem, si sponte sua colores in oviū velleribus nascerentur, & inter pascentum lanae colorarentur: neque id pastu sandycis fieri optat: sed vult, fore ut sponte lanae sandycis colorem contrahant, non detonsæ, sed in ipsis agnorum tergoribus, dum pascuntur. Hanc Virgilii mentem, versus qui p̄cedunt, satis ostendunt.

Ipsæ sed in pratis aries jam suave rubenti
Murice, jam crocco mutabit vellera luto.
Sponte sua sandyx pascentes vestiet agnos.

Hæc per transennam, ut dici solet. Syricum, color ergo rutilus rubensque, quod vel ex Ἀρινeta constat. Σαρδὺς, inquit, οὐ σύριγος (male σύριγος, editus codex habet) αἱρετογέδειδεις οὐ τοῦ ξερουνῆς οὐδὲ αὔτως, εἰς τρηπτοῦ. Fallitur Ἀρινeta. Similes quidem colores, sed res dissimiles. Magister Dioscoridis interpres puram Syricum, vel, ut apud Galenū legitur, sericum idem esse, quod candidum à colore & candore serici. Haec tenus probavimus sericum sine Syricum, zizyphum esse; nunc addenda arguenda quibus Syzyphe vel seriphæ probatur diversa à zizyphis. Plinius lib. 15. cap. 14. Aequæ peregrina sunt zizyphæ (antiquissimus codex zinzyphe) & tuberes, que & ipsa non pridem venere in Italiam, hæc ex Africa, illa ex Syria. Sext.

Papinius, quem consulem vidimus, primus & raraque attulit, divi Augusti novissimis temporibus, in castrorum aggeribus sata, baccæ similiora quam malis, sed aggeribus præcipue decora, quoniam & in tecta jam sylve scandunt. Tuberum duo genera, candidum & à colore sericum dictum. Aperte satis sericum, pro quo Syricum scribo, propter rationes jam allatas, ait tuberum genus. Botanici Plini codicem hoc loco depravatum sufficunt, tum quod Columella, nusquam tuberum faciat mentionem, tum quod zizyphorum duo esse genera referat, ut inter Græcos recentiores facit Simon Zethi, inter Arabes Avicenna. Columellam, Simonem Sethi, Avicennam duo zizyphorum tradere genera, extra controversiam statuo: sed Columellam nullam tuberam facere mentionem, nōgo. Capite secundo libr. 11. hæc leguntur. Possunt etiam bis diebus (circa Calendas Ianuarii) cerasi, & tuberes, & armeniacæ, atque amygdala, cæteraque arbores, qua prima florent, inseri conmodè. Atqui, dicet quis, supra libr. 1. cap. 11. dictum est, tubera foliis, caule, caudice, fructu carere, ac esse quid quod sub terra latitat. tubera in neutrō genere non ferunt ramos, caudicem, folia, nec fructus, sed tuberes in feminino genere. Plinius libr. 16. cap. 25. Ab ea proximè florent armeniacæ; deinde tuberes ac præcoce, illæ peregrinæ, hæc coactæ, id est industria, & cultura effectæ, &c.

Martial. lib. 13.

Lecta suburbanis mittuntur apyrina ramis,
Et verna tuberes, quid tibi cum Lybici?

Idem, ibidem.

Non tibi de Lybici tuberes & apyrina ramis
De Nomentanis sed damus arboribus.

De tuberibus his alibi. Tuberum igitur mentionem facit Columella. Ergo argumentum nullius ponderis, quo Plini codice corruptum est probatur. Tuberum duo genera cum tradidit, verisimile admodum & zizyphorū & tuberum historiam ab eo confundi. Tuberibus attribuit, quod de zizyphis peritiores tradunt, quod vel ex his cognosci potest. Baccæ, ait, similiora quam malis. Hoc nisi de zizyphis audias, planè fabulosa scribit Plinius. Duo zizyphorum genera docet Columella libr. 9. cap. 5. ubi ait: Arbores vero sunt probatissimæ, rutila atque alba zizyphus, nec minus amaranthus (nulla arbor hoc nomen habet. in antiquis Codicibus, legitur nec minus amarus, pro quo forte scribendum tamariæ, vel, ut vulgo vocant, tamariuscus. vel, ut Græci, μελικη μυρικα) tum etiam amygdala, & persici, atque pyri, denique pomiferarū pleræque ne singulis immònter. Albam Plinius Cappadociam vocare videtur. 1. 21. c. 9. ubi de honore coronarū agit: Florem esse dixerim genistas (namque & iis decerpitur luteus,) item rhododendrum, item zizypha, que & Cappadoccia vocantur: his odoratus similis olearum floribus, &c. Cum gravitate quædam spirat arbor, quam zizyphum vocant albam. Idem zizyphon Græci recentiores, ζενονδαίον vocant, quod flore sit luteo fructu olivæ non dissimili. Qua de causa recentioribus olea Bohemica dicitur, quod fructum ferat oleæ, & in Bohemia frequens reperiatur. Hanc arborem non esse olæaginum, infra probabo. Zizyphum albam esse, probatur ex Bellonio. Hic libr. 2. observat. cap. IIII. Relicto porro Carbasara, non multum itineris confeceramus, quin agros sepibus inclusos conspiceremus, arbore zizypho alba Columellæ appellata constantes, cuius fructus rutilis zizyphis similis, excepto colore, & venalis per urbes proponitur. Græci vulgari lingua zizyphia appellant, voce à zizyphæ deducunt. Rhawolfius tradit, circa Halepum & in Libano monte sponte crescere, & ab incolis zeizifum vocari. Ad rutilæ zizyphi altitudinem non raro alba zizyphus assurgit; ut plurimum tamen fruticoso permanere amat. Facile enim, ubi arboris naturam assunxit, perit; ramosa esse cupit, & in latitudinem sese pandere. Caudice est satis crasso, cortice levi & candicante; sed veterum rurulorum puniceo colore niter, à quibus & tenues veluti vulgari zizypho virgulae exoriuntur albidae ac molles, spinis carentes, cum rami cæteri aliquando, sed tamen rarius spinosi cernantur. Tenuibus virgulis folia alternatim & fine ordine adnascentur, oblonga, molia & similiter albicania, & aversa parte etiam candiora, salignis similia, nisi albidiiora essent. Ad foliorum exortū, oblongi nascuntur bini ternive flosculi concavi, staminibus aliquot exquis mediis, sublutei, vel ex argenteo pallescentes, odorem jucundum, non tamen sine gravitate quadam longe lateque spargentes; qui caput aliquando, si minus diu naribus flos admovetur, ferit; & longinquo vero per quam suaviter spirat. Floribus succedunt baccæ oblongiusculæ, exquis olivis

olivis, aut ziziphis rutilis similes, albæ, fungosa sed dulci albaque carne præditæ, osteo intus nucleo caniculato. In hortis Belgii ac Germaniaæ colitur; frigus utcumque fert: sponte sua multis Hispania & Italiaæ locis nascitur, ibique floret æstatis initio; fructus autumno maturescit: frigidis regionibus raro floret, rariusque fert fructum. In horto medico Lugdunensi memini cum flore videre, in horto nostro nunquam floruit. Alteram zizyphum, si-

Iujube, Zyziphus rutila.



ve rutilam lotum Polybii alii afferunt; negant alii; idque quod folia non habeat rhamno latiora, nec baccas ferat rotundas puniceasve, sed oblongas, aureasve potius quam rubentes. Accedit, quod zizypha esu sicubus, dactylisve persimilis sint, nec eosdem fructus odoris suavitate præcellant. Mirum in modum decipiuntur cum rhamno latiora negant. Non opus omni rhamno latiora sint; sufficit quedam genera rhamni angustiora habere folia. Cedunt latitudine ziziphis rutilis rhamnus primus, secundus Germanicus. Videat lector imagines rhamnorū, quas exhibent Botanici Mathiolus, Clusius, Dodoneus, Pena, Lobelius, Tabernemontanus & alii. Latiora esse nemo negabit: nec multo sint latiora opus est, sufficit latitudine rhamnos vincant. Nusquam tradidit Polybius Iorum baccas ferre rotundas: magnitudine olivarum rotundarum esse scribit. *τὸς μηρύπονος σεργίσθειν εἰδανοί*. Aliud est dicere magnitudine *μηρύπονος*, aliud forma, *ιδίᾳ, οὐσίᾳ ιδίαις σεργίσθειν*, similis olivæ rotundæ. De phœnicio colore supra satis dixi, non repetam dicta. Color est qui spadix dicitur, in equis commendatus; nomen accepit a palmaceo surculo. Vide Gellium lib. 2. cap. 26. Nulla opus est probatione, Zyziphi rutili fructum phœnicio esse colore; qui contrarium defendunt sententiam, hæc de eo tradunt: *E floribus bacca exoriuntur olivarum instar primum virides, deinde subalbican tes, post hæc aureo colore, & cum ad ultimam etatem per venerint rufescentes, in quibus nucleus osseus concluditur, olive similis.* Quid opus ulteriore probatione? Confidentem habemus reum. Libanius, *οἱ δὲ Φοίνικες μαρτυροῦν τὸν ζελουσαν. οὐ δὲ τοῦτο μὲν οὐτόποτε εἰσὶ ιδίαις, εἴπερ τὸν ζελουσαν ιπδεξιον*. & παρὰ αὐτῶν Φοίνικον θρόνον. Paliure primitus *σανσέντις* color spadicetus vel phœnicetus, deinde rubescit, postea punicens fit. Ziziphi fructus ex phœnicio rubescit. Ad ultimum argumentum respondeo; non dixisse Poly-

bium loti fructum simpliciter esu sicubus dactylisve persimile esse, easque odoris suavitate percellere; sed detracto nucleo, ac cum alica tufo, gustu caroris ac palmulis non esse dissimili, odore suaviores. Odorem suavem acquirit, quod superflua humiditas, quæ ante obtundebat, vel impediebat odorem, sublata sit. Plurima enim reperiuntur, quæ recentia inodora sunt, exsiccata odoratissima evadunt. Non est vulgaris sive lotophagica lotus, zizyphus rutila, quod folia ilici non satis sint similia, pyroq; magnitudine multū ipsa cedar, nec materiem habeat nigrum, sed sublitem, albican tem. Plinius lib. 12. cap. 24. cyprum in Ægypto arborem inquit esse, foliis zizyphi. Quærerit Doctissimus vir de quo hoc zizyphi genere intelligi debeat. Neutquam, inquit, *de zizypho vulgari, hoc est, rutila sumi potest; quæ folia habet incisuris striata ut ilex.* Utique de vulgari accipi debet. Nam albæ zizyphi folia, cum cypro exiguae habent similitudinem. Cyri enim folia nec salignis similia sunt, nec incana, sed viridia, ad instar vulgaris zizyphi, à quibus tantum differunt, quod incisuris careant. Rutila zizyphus arbor quæ ad pyri altitudinem raro aut nunquam affurgit, contorta caudice, cortice scabro, vitis vinifera fere simili, materie oxyacanthæ proxima: Rami sunt du ri, læves ex nigro rufescentes, & ad singula internodia binis aculeis fortibus ac firmis ejusdem armati, altero recto, altero hami modo incurvo, ut in rhamno terrio. Ab istis ramorum internodiis bini terni pluresque dodrantes aut longiores ramuli emittuntur, juncorum instar lenti, flexiles, obsequosi, tenuesque instar virgularum sparti, coloris pallescentis; in quibus alternatim & impari ordine folia nascuntur, oblonga, haud magna, duriscula ut in vincapervinca, dilutiore tamen viriditate prædicta, levissime per ambitum ferrata, tribus nervis distincta, rhamno tertio non dissimilia, sed majora. Flores ex foliorum ortu prodeunt, exigui, pallidi, muscosi, quinque foliolis constantes, quales in rhamno tertio nascuntur. Quibus succedunt baccæ ovali figura, olivæ magnitudine, primum virides, deinde subalbican tes, postea aureo colore, & cum ad perfectam maturitatem pervenient rufescentes sive phœnicæ; in quibus osseus nucleus, olivæ nucleo similis. Pulpæ ante maturitatem viraret, sapore austriusculo, post maturitatem dulcis, & gustu non ingrata flavescit. In calidis provenit regionibus, in Italia & Narbonnensti Gallia. Leguntur zizypha ad finem mensis Septembri, una cum junceis ramiculis, & in manipulos colligata, laquearibus suspenduntur, prius diebus aliquot insolata: postremo decerpuntur, & in capsulis asservantur ad medicos usus. Sunt etiam qui decerpta, & cratibus tegetibusque instrata, tam diu insolant, quousque ibidem rugosa fiant. Rutilæ zizyphi genera tria observant recentiores; zizyphum fructu rotundo majore, zizyphum fructu rotundo minore, cuius meminit Cordues; & zizyphum sylvestrem, de qua adversariorum auctores hac tradunt. Quam vero lib. 4. Et capite Theophrastus meminit paliurum, si quis expendat, comperiet esse alteram jujubam sylvestrem; nam fructus rotundus est, ruber, quantus cedro, cui nucleus inest esui non ineptus: *vino immersus fructus, an concilie suavitatem, non tam scio, quam credo.* Haec tenus adversaria. Quæ jujuba aut zizyphus sylvestris sit à vulgari diversa me ignorare fateor. Pro cannaro sive paliuro Agathoclis Doctiss. viri habent arbustulam quam Ægypti nabca nominant. Cujus duas species recenter Serapio. Sedar, inquit, duæ sunt species; una est affri, & alia est adhal, sed affri non habet spinas acutas: & folia ambarum specierum sunt lata, & rotunda, & nabuch & addel sunt parvi; & melioris ex eis sunt illi, qui sunt ex ea regione, & offeruntur regibus, & sunt dulciores omnibus aliis: & melioris odoris, & aromatizant os comedentis & indumenta, sicut alia aromata. Horum fructuum facultas est frigida & secca in primo gradu; perfectè maturi aliqualem habent humiditatem; sunt omnes adstringentes ante maturationem, quorum usus frequens est ad stomachi alvique relaxationem firmandam, &c. Spinofam his ferè verbis describit Alpinus: *Arbor in Ægypto, quam illi nabca dicunt, lori magnitudine spectatur, instar acacie spinosa, folia ferens jujuba proxima; verum tamen latiora; & flores jujuba floribus planè similes, albos ac parvos; à quibus erumpunt pomula rotunda, odorata, dulcia, gustu valde suavia, cerasorum majorum marosticensium appellatorum amula, que apud primates Ægyptios ac Turcas sunt in magno pretio.* Arbor bis vere & autumno florret, fructusque maturat, fecundissimaque existit; verum tamen vere fructus non perfectè maturant, nec ut in autumno perficiuntur; plerique enim ipsorum prius putrefescunt quam maturescant, autumno perfectissima ac optima evadunt.

Sine

Sine dubio puto hanc arborem esse cannorum (cannarum) sive palivorum eandem, quam Atheneus prodit, et si fructus osque non videatur omnino similis nabcæ fructui, ac ossi, quando iis similes pomis sunt, ossaque rotunda, & non oblonga, qualia in olivis cernuntur existant, nusquam tamen in Aegypto ex siccatis illis fructibus, farinam fieri apud eos animadvertis. Sed precipius usus ipsorum est recentium ac viridium pro obo, eis siquidem omnibus, atque nostris, cerasa mandere, consuetudo est. Hactenus Alpinus. Non tradit Agathocles fructum similem olivæ esse, sed magnitudine olivæ phaulæ, eique carne & officulo similem; huic quippe olivæ os rotundius quam cæteris. Idem etiā recentem edi tradit. Quod exsiccatus non amplius in farinam redigatur, inde concludi non potest, non esse eundem fructum, siquidem, ut alibi dixi.

Multa renascentur, que jam cecidere, cadentque
Que nunc usus habet medicamina, si volet, ille
Et ratio quibus est & vis & norma modendi.

Oenopolia non | Nabcæ spinosæ ramu-
spinosa. | lus ad vivū expressus.



Iconem ex Alpino exprimi curavi, quam Clusius arborem negat recte exprimere. Idem Clusius nabecam sive oenopoliā non spinosam quam Venetiis misit Honoriū Bellus Cydoniæ Cretæ medicinam faciens, una cum tami suis floribus onusti iconē, ipsius manu delineata, describit diligentissimus Carolus Clusius lib. I. rarior. hist. cap. 19. ubi ait. Arbor autem est, ipso referente, pyri mediocris altitudine, cuius caudicem & ramos, tergit cortex exalbidus, ad cineraceum tendens: ejus folia paluri Theophrasti sive zizyphæ rutilæ foliorum sunt ænula, binas uncias longa, unam lata, tribus nervis à petiolo secundum longitudinem excurrentibus prædicta, superna parte satura viriditate nitentia, inferne ad cineraceum aliquantum tendentia, que ramos alternis inordinata ambiunt. Ad quorum exortum multi nascuntur flosculi albi, flosculorum oleæ instar peculiaribus longis petiolis singuli nitentes: fructus succedit parvo malo valde similis, magnitudine, ut plurimum, cerasi, interdum tamen, nucem juglandem etiam æquante, suavis gustus, officulum in se continens olivæ instar. Bifera autem est: nam & novo vere & autumno singulis annis fructum profert: vernalis tamen plerumque ad frumentum non pervenit, ob imbrum copiam, sed à vermis corrumptitur. Duo ejus genera; spinosum unum, alterum spinosum

carens, spinosum ab Alpino describitur, qui connarum Athenæi (& recte) esse censem, licet icon ipsius arborem non recte exprimat. Spinis carens in Aegypto, Syriae provenit; Nascitur & in Cretæ urbe Rhetimo, è Syria allatum, quod non noverat Alpinus, quemadmodum neque ego spinosum: Quare diu fui in ea sententia, ut non connarus Athenæi essem hæc arbor, sed potius Polybii lotus Lybica, ab ipso Athenæo eodem libro paulo post descripta: præsertim cum videtur arborem spinis carere, hanc meam sententiam Alpino significavi, à quo oenopolie ramum spinosum accepi, qui, demptis spinis, idem erat cum napeca a me descripta. Bellonius lib. observat. 2. cap. 79. napecam inter arbores perpetua fronde videntes numerat; quodde in Aegypto & Syria nascente verum esse, at in Cretam translata omnino falsum, docet experientia. A Petro Mullerio spinosam accepi nabecam, quæ hyemem utcumque fert, non nihil tamen muniri debet. Hæc ad finem autumni, mense Novembri, vel Decembri demum folia amittit, novaque hyeme soluta, Aprili mense, promit. Accepimus & ramulum fructu onustum ex Aegypto, cuius iconem depingi curavimus. Hunc piæ optimæ memoriae Paludanus, dum viveret, rerum naturalium indagator acerrimus, oenopoliā non spinosam dicebat, quod Doctiss. Augerius Clutius Medicus & Botanicus, dum viveret, non incelebris confirmavit. Huic cortex ex nigro rufescens; folia ad unam paxi dena duodena & plura, alternatim & pari ordine exeunt, nisi quod in quibusdam pediculis ultimum impar sit, cum in plurimus paria sint. Folia particularia zizyphæ rutilæ latiora, majora, viridiora, tribus tamen nervis carentia, neutriquam incisa aut crenata. Lentisci forent, nisi majora, latiora, & paulum dilatiora essent: in acutum definunt, non obtusa, ut icon Clusii ostendit. Fructus cerasi magnitudine crasso pediculo adhaerens, exiguo malo non diffimilis, ruber; ceraso tamen dilutior.

Kαὶ τὸς οἴον. Hæc Plinius de lotophagica loto. *Vinum quoque exprimitur illi, simile mulso, quod ultra denos dies negat durare idem Nepos.* Doctiores binos ex Theophrasto restituunt. Placet aliis, Nepotem hæc non ex Theophrasti, sed ex Polybii verbis desumpsiſſe, quæ apud Athenæum reperiuntur. *γέτεται ἡ οἴον ἐκ αὐτοῦ βειχαρίδης. Εἰ τρισσόμηνος δι ὑδάτῳ καὶ τὴν γένουν ἔδει, νέον δολαυτινὸν οἰονίου ἐπεξεῖσθαι καὶ δρακωτόν, εἰ δύναται ἡ τούτος δέρα μέριον ἀπορρίψειν.* Perinde ex quo ea habeat Nepos, dummodo constet, Pliniū duas confundere lotos. Probabile tamen, quod Nepos ex Polybio ea desumpferit. Addit enim, *Baccasque contusas cum alica ad cibos dolis condī.* Quæ plane efficta videntur ex Polybianis istis. *ἰπάλλια ἡ πεπανθή συνάζενοι καὶ τὸν τοῦ μὲν οἰκίταντος καὶ θόρακα τοῦτον εἰς ἀρσίν.* Quæ compendiosè quidem, sed haud satis fideliter reddita à Nepote tradunt doctiores.

Τῷ ἡ δύναται τοῦ αὐλαῖον, &c. Malè in Aldino codice αὐλαῖον expressum est. & hoc Plinius de loto lotophagica. *Ligno, inquit, colos niger ad tibiarum cantus expeditur. Εἰ radice cultellis capulos brevesque alios usus excogitant.* In antiquo codice, parvo discrimine, excogitavit. Tam frequenti usu ad tibias fuit lotus, ut quandoque pro tibia lotos legatur.

Euripid. in Phœniss.

*Οὐκ Πᾶν καλλιχόροις σεφάνιοι νεάνιδοι ὁρχίς
Βόσρυχον αἱμπετάσις λαρῶν καὶ πνεύματα μέλπει
Μοῦσαν τὸν ἄχαρατος χαροπονι.*

*Non tibi veris honos vincturi tempora flores,
Tibia non placuit letis inflanda choreis,
Dulcia Pieridum nec carmina.*

Tibiae hæc ab Alexandrinis φόρησε dictæ sunt. Atheneus lib. 4. οἱ Ἡ ιατρούμδροι λάπποι αὐλαῖοι, οὗτοι τοῦ Αλιξαρδίου φαλούμδροι φατίλιτες. Hesychius, φάτιγξ, αὐλή, σφενξ (male σφρέδει edunt.) φλέγει (forte φλεγεῖ) αὐλᾶς. splendor, fistula, flamma, tibia.

Καὶ φοίνικας μεγάλους, &c. Que de palmæ solo refert, ea verisimilis esse amplissimus vir Petrus Gravius, qui eas terras peragravit, mihi retulit. Superficies foli palmarum arenosa quidem, sed vix duorum aut ad summum trium pedum altitudinem si foderis, saxa saluginosa, pétrasque è sale constantes reperies.

Ἐναίσιον ἐπὶ φειδαῖς, &c. Verte. alibi putei centum ulnarum profunditatis effodiuntur. Adeo ut suis iumentis incolæ aquam haurire nequeant, nisi trochlearum adiumento, quamobrem mirum quo tandem pacto putei fossi sunt